COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXXII. PARS III.

LIPSIAE, MDCCXC.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

I.

A treatiſe of the materia medica, by WILLIAM CVLLEN, M. D. Profeſſor of the practice of phyſic, cet. Vol. II. Edinburgh MDCCLXXXIX. printed for Charles Elliot. 4. pagg. text. et indicis 610.

i. e.

Tractatus de materia medica, per GVILIELM. CVLLEN, M. D. Profeſſ. med. pract. cet. Edinburgi. Vol. II. 4. 1789.

Medicaminum tractationem ſine vlteriore praefamine aggreditur, et monet, alimenta quaedam medicinarum titulo hoc volumine eſſe pertractanda.

Cap. I. *Adſtringentia* ea ſunt, quae corpori applicata contrahunt et condenſant ſolida mollia, et ſic cohaeſionis eorum vim et denſitatem adaugent. Atque haec quidem ipſorum efficacia elucet iam ex opificio coriario, nec non ex virtute antiſeptica adſtringentium. Creditum eſt vulgo, adſtringentia agere magis in ſolida ſimplicia quam viua, ideoque vires ſuas edere non niſi in ea parte, in qua adhibita fuerint, id quod falſum eſſe inde coniicit Auctor, quod parua pars ſubſtantiae adſtringentis in parua parte linguae paululum detenta fauces et os totum conſtringat corrugetque, ideoque concludit, ipſa in ſentientes agere neruos. Eorum effectus communicari poſſunt ex vna parte in alias quam remotiſſimas, tamque celeriter interdum, vix in ventriculum receptа, in aliis corporis partibus vim ſuam edunt, vt vix credibile ſit, ipſa interim in tam diſtantia loca potuiſſe delabi. Non magis probabile eſt, fieri vt tan-

p. 3

p. 4.

p. 5.

tillum materiae illius, quod forſan ex canali alimentario in maſſam ſanguineam tranſiit, eam ſic mutat vt effectus tales oriri queant. Ex generali itaque eorum operatione in ventriculum haec phaenomena

p. 6. explicanda ſunt. Teſtis, praeſentiſſima horum medicaminum in delendo febrium intermittentium typo efficacia. Tum vim cohaeſionis fibrarum motrix cum augent, augent etiam contractilitatem earum ſeu tonum, ideoque tonica non immerito nominanda, et roborantia. Aluminis exemplo quidam opinati ſunt, materiam adſtringentem ex acido atque terra conſtare, ſed natura minime adſtringens ſalium mediorum cum baſi terrae calcareae, aut magneſia contrarium euincit. Adſtringentia vero vegetabilia tam parum eſſe acidae naturae, vt potius acidum aliis corporibus abſorbeant, rapiantque, aſſerit Auctor, in quo quidem falſiſſimus eſt, vt SCHEELII alio-

p. 7. rumque experimenta demonſtrant. Hanc opinionem illa adſtringentium facultate ſuffulcire annititur, quod vitrioli martialis ſolutioni admixta atramentum conſtituant, ſicque ferrum ab acido vitriolico tam quam alcalina abſtrahant. Quo magis fauces degenerata conſtringunt, quo celerius quoue atrius atramentum efficiunt, eo etiam validioris ſunt efficaciae

p. 8. tonicae. Non tamen omnes plantae, quae ſolutionis vitriolicae admiſtione nigreſcunt, ideo etiam inter adſtringentia poni debent, cum haec facultas haud parce in iis reſidere poſſit, vt ad alias prorſus medicaminum claſſes ſint referendae, id quod maluae exemplo illuſtrat. Adſtringentia quoque vegetabilia reperiuntur ſummae vis, quae tamen vitriolum martis in atramentum non mutant, vt cydoniorum ſuccus

p. 9. Adſtringentium, maxime vero martialium, vſus in cachexia. Quantum valeant adſtringentia in auferenda corporis atonia, ex eo demonſtrat, quod tam cito fugent febrem intermittentem, cuius recurſus

eius fert opinio, in corporis quodam ſtatu atonico conſiſtit. Febrifuga tamen haec eorum vis amarorum connubio maximopere adiuuatur.

In haemorrhagia compeſcenda Auctoris expectationi fere non ſatis fecerunt; in aliis, quibus Ipſe non vſus erat, talem poſſe reſidere virtutem, non negat. Fere autem in haemorrhagia actiua, id eſt, quae ab aucta vaſorum ſanguiferorum actione proficiſcitur, nocere, in ea autem (paſſiua) prodeſſe adſtringentia putat, quae ab atonia extremitatum vaſorum pendet. p. 10.

Adhibentur et in ſeroſis fluxibus nimiis, ideoque etiam in diarrhoea, vbi proficua ſunt, quoniam ad ſedem mali penetrant. In dyſenteria vero, quam perperam cum diarrhoea confuderunt materiae medicae ſcriptores, quaeque in nimia conſtrictione inteſtinorum conſiſtit, ſumme ſunt nociua. Innumera medicamenta adſtringentia in leucorrhoea laudantur, ſed fere nihil emolumenti attuliſſe Ipſi viſa ſunt. Idem de blennorrhoea chronica (*gleet*) ſtatuit. Si p. 11.

in vlceribus externis medicamenta adſtringentia interne propinata aliquantum iuuant, non niſi tonum fibrarum totius corporis firmando iuuant. Solatium, quod in calculoſis paſſionibus afferunt, (*uva vrſi* hoc titulo praeſtat) difficile eſt explicatu; a vi acidum abſorbendi hoc phaenomenon deriuat, ſed, vt videtur, perperam. Ex theoria negat in hernia prodeſſe poſſe. Ne euacuationes criticae, aut a plethorico ſtatu profectae iis cohibeantur intempeſtiue, monet. p. 12. p. 13.

Materia adſtringens maxime in cortice plantarum latet, tum in radice, minus in foliis, minime in floribus. p. 14.

Efficaciſſima ſunt in ſubſtantia ſumta. Fixioris naturae eſt materia adſtringens, nullum eius veſtigium in aquis inde deſtillatis reperiundum. Integerrime extrahuntur adſtringentia infuſione tam ſpiri- p. 15.

tuoſa, quam aquoſa: coctione vero aliquantum de componuntur.

Adſtringentia ſingula. Bolus rubra. Terrae ha argillaceae dum in ore ſaliuam abſorbent, aſtrin gere videntur, ſed aqua dilutae nullam oſtendunt a ſtringendi facultatem; inertes hinc Ipſi videntur.

p. 16. *Cretae* per ſe vel in acidis ſolutae, fere nulla r adſtrictiua inhaeret. Si terrae calcareae diarrhoea minuunt, acidum abſorbendo hoc faciunt.

p. 17. Validiſſimam adſtringendi virtutem *alumen* poſſ det. In diarrhoea multum iuuat. Nihil efficere illu vidit in haemoptyſi, ſed hos caſus ex haemorrhagia

p. 18. actiuae genere fuiſſe coniicit. In menorrhagia, quae vt plurimum a laxitate vaſorum vteri prouenit, vil reperit. Facile ad vomitum irritat ſtomachum, qua et purgare aluum alumen maiori doſi expertus eſt Saepiſſime contra fluorem album ipſum adhibendo ſpe excidit. Alumen nuci moſchatae iunctum non raro febres intermittentes praeuertit, ſed ſtomacho ingratum erat remedium.

p. 19. Perperam cum ſanguine draconis miſcetur alu men, pulueris ſtyptici titulo; rectius Gummi Kino loco illius ſubſtituitur. In omni ſtatu cynanches tonſillaris cum fructu alumen adhibuit; ſed re petitionem huius mali a leui refrigerio optime re

p. 20. mouit corticis quercus decoctum, cuius librae dimi dia aluminis drachma et duae vnciae ſpiritus frumen ti adiecta fuerant. Et in ophthalmia membranarum curanda ſeſe efficax praebuit alumen, ſed, loco co guli, ſolutionem 2 ad 5 granorum in aquae vncia in vſum trahit. Pro eſcharotico alumen vſtum in vſu fuit, ſed mercurii vel cupri praeparata praeſtant.

Ferrum ſ. *Chalybs.* In rubigine praeparando po ſterior non anteferrendus, quin ferrum malleabile

p. 21. praeſtantius Ipſi videtur. Non niſi cum acidis com binatus agit mars; ſi vero in ſubſtantia effectus ſuos edit,

edit, acido ventriculi ſoluebatur, teſtis aluus nigra, quae ſemper prodit. Pro medicina, vel in acido facile ſolubilis, vel iam ſolutus ſit, neceſſe eſt; ideo coeruleum pruſſicum iners iudicatur a LEWISIO. Mars acidis ſolutus adſtringentem tonicamque exercet vim, inde omnes eius effectus deriuandi, etenim tonum vaſorum ſicque vigorem atque actiuitatem eorum auget. Duplex illa virtus, quae ipſi adſcribitur, euacuationes ſcilicet promouendi (aperitiua) et cohibendi (adſtringens) non in vna praeparatione magis quam in altera dominatur; eadem praeparatio modo priorem vim (aperitiuam), ſi v. c. in retentione menſium debilitata vteri vaſa a remedio roborantur atque ad alacritatem excitantur, exercere videtur, modo poſteriorem (adſtringentem), ſi v. c. menorrhagia, a laxitate horum vaſorum profecta, martialibus cohibetur, dum robur ipſis reſtituitur. Quae cum conſiderantur, cuiuis patet, quando martialia prodeſſe, quando obeſſe poſſint. In omni haemorrhagia actiua inutilia ſunt, immo nocent, in generali vero flacciditate corporis, quam cachexiam nominamus, inque omni fluxu a laxitate orto iuuant quam maxime. Cum martialia in paruis doſibus non multum emolumenti adferant, ſalina vero praeparata facile ſtomachum moueant, ſemper opportunum Ipſi videtur, a paruis doſibus initium capere, indeque paulatim ad maiores progredi, ſicque diu ſatis continuare. Rubiginem communem tam proſpero ſucceſſu adhibuit, quam aliud quoduis praeparatum, meliusque a ventriculo ferri vidit, maxime ſi aromati cuidam iuncta fuerit; a quinque granis initium facit, ſenſim augendo doſin. p. 22. p. 23.

Cuprum inter adſtringentia ponere non dubitat, etiamſi maxime ſtimulantes edat vires, prae quibus prior vis ſaepe non percipitur; obtinetur tamen mitibus praeparatis, illaque cupri praeparatione (cuius p. 24.

SWIETENIVS meminit), qua omnes ſtimulantes ipſi auferuntur vires. Sed non innotuit haec methodus. Adhibet Noſter vel vitriolum caeruleum, vel cuprum ammoniacum. Prius a quarta grani parte ad granum vnum dat, pro aetatis ratione, bis de die, augendo paulatim doſin, ita vt nauſeam exiguam moueat. Efficacem, ſi aliquamdiu continuatur, reperit medicinam in epilepſia et hyſteria, interdum diureticam,
p. 25. interdum anthelminthicam ſeſe probauit. Cupri ammoniaci, quod Ipſe primo in Britanniam introduxit, granum dimidium initio dat in eundem finem; ad grana quinque interdum auget doſin. Si per menſem continuatum non iuuat, abſtinet ab eo, (perperam) timendo a venenata quadam cupri (vt plumbi)
p. 26. qualitate. De cupreis culinae vaſis quaedam. Eſcharotica cupri facultate in vlceribus ſordidis rarius iam vtimur, ex quo mercurialium vſus inualuit. In quibusdam caſibus tamen, vbi mercurialia parum faciebant, cuprum Ipſi ſucceſſit. In oculorum affectibus vis cupri adſtringens maxime conſpicitur, ſeu ſolutione aeruginis debili, ſeu aqua ſapphirina vtaris. Maculas corneae propter eandem vim, non propter
p. 27. eſcharoticam, tollunt. In ophthalmia tarſi vero, vbi excoriatio fere ſemper adeſt, vnguenti inſtar applicatum, eſcharotice potiſſimum agit.

Plumbi facultas adſtringens iam notiſſima eſt, at ſimul ſedatiuam quandam, ſumme nocíuam, corpori infert vim, quae non ſtatim ſe prodit ſemper, ſed ſaepe latenter prorumpit. De interno vſu quaedam,
p. 28. cui non fauet. GOVLARDI iactantia, eiusque ab AI-
p. 29. KENIO iuſta aeſtimatio. Veroſimile Ipſi videtur, plumbi praeparata externe adhibita in integra cute non reſorberi, at in vlceribus applicata in corpus ſeſe inſinuare, triſtesque effectus poſſe procreare.

Zinci praeparata ſalina adſtringendo agere, ex effectu vitrioli albi in ophthalmia videmus. Recte plus

quam

quam duo grana huiusce, in vncia vna aqua ſoluta, ad aquam ophthalmicam recipiuntur; multo maior doſis irritat.

Florum zinci, vtpote in acidis facile ſolubilium, facultas antiſpaſmodica ipſi parum ſucceſſit; vitriolum album ſecundum ſua obſeruata non inertius ſe geſſit, quam flores zinci.

Adſtringentia vegetabilia. Debiliora inter haec tamen pertractat, vt medicinae ſtudioſos ab ipſis auocandi occaſionem habeat. p. 30.

Agrimonia. Encomia thraſonica huius plantae inertis refutat. Peius etiam de *alchemilla* iudicat. p. 31. p. 32.

Argentinae folia aliquantum, ſed parum adſtringentia ſunt, in fluore albo fruſtra tentauit; radix ſucculenta, nutritiua eſt. De *caryophyllata* iudicium ſuum ſuſpendit, vtpote quae a Daniae medicis (inuentoribus) depraedicata, aliis parum ſatisfecerit. *Fragariae* et *quinquefolii* obiter meminit, plantarum parum efficacium. p. 34.

Roſae ſyrupus coquendo, non infundendo praeparandus; tinctura virtus ab adiecto acido vitriolico pendet; acetum parum extrahit. Conſerua roſarum raro in phthiſi pulmonali vtilis reperitur; non niſi cum aequalibus partibus ſacchari praeparanda eſt. p. 35.

Inter maxime adſtringentia *Tormentillae* radix recenſenda. Ipſe eam vel ſolam vel cum gentiana mixtam in febribus intermittentibus vtilem reperit, ſed maiori doſi. p. 36.

Ex *Gaſpario* vires antiſcrophulo- ſas *Aparines* perſtringit, necdum poſtea confirmatas. Neque Auctori ſucceſſit coagulatio lactis floribus *Galii lutei*, multoties ipſos inertes expertus eſt in epilepſia curanda. p. 37.

Rubia tinctorum, quamquam colorem rubrum lacti, vrinae ipſisque oſſibus animalium impertiat, tamen dubiae virtutis manet, nondum fidis experimentis ſtabilitae. Animalia, quibus ipſa pro pabulo ingeritur, aegrotare incipiunt. Vim p. 38.

p. 39. diureticam in multis experimentis nullam inuenit, nec vllam virtutem antirhachiticam. Multa experientia niſus teſtatur, ad menſes ciendos nil ipſam praeſtare. *Acetoſae* radix leuiuſcule modo adſtringit. *Hydrolapathum* multum praeconiſatum parum in
p. 40. vſum trahitur; radix non multum adſtringit, vim laxatiuam fere nullam oſtendit, ad ſcabiem curandam nihil facit. Iure ob facultatem adſtringentem ſummam laudatur *Biſtorta*. Multoties vel ſolam vel gentianae iunctam in febre intermittente efficacem inuenit, ſed maiori doſi, quam vulgo adhiberi ſolet.
p. 41. Leuiuſcula tantum vis adſtringens, memoratu indigna, ineſt *Aſplenio*, virtus pectoralis nulla. Ex ſenſibili qualitate *Filicis maris* iudicat, ipſum fere nullam qualitatem anthelminthicam poſſidere; ſine draſticis purgantibus nihil praeſtare ſtatuit, aliquibus ductus experimentis.

p. 42. *Acerba* inter adſtringentia ponit et ex illis *Prunum ſilueſtrem* praeſtare reperit, maxime conſeruam, ſi minor ſacchari doſis, quam fieri ſolet, ad ipſam conficiendam adhibeatur. *Acaciae* et *hypociſtidis ſuccus* iam recte negliguntur. *Terrae iaponicae*, vtvt ſubſtantiae valde adſtringentis, ſed exoticae et mangoniſationi multum obnoxiae, vſu facile ſuperſedere poſſemus, ſi inquilina remedia vſurpare vellemus. Praeſtantia adſtringentium in vleeribus curandis.
p. 43. Inertem putat eſſe *ſanguinem* ſic dictum *draconis*, quoniam aqua non ſoluitur. *Gummi Kino*, dubiae originis ſubſtantiam, ſummopere adſtringentem, vtilem reperit in diarrhoea; in haemorrhagia vterina, maxime poſt puerperium, adiumento fuiſſe, fide dignis teſtimoniis credit, in fluore autem albo expectationi minime ſatisfecit. Alumini iunctum, puluis ſtypticus edinburgenſium, potentiſſimum adſtrin-
p. 44. gens. Maiori doſi ad tincturam praeparandam gummi Kino adhibendum eſſet; non tamen efficacior medi-

medicina ſolutione aquoſa. Fere in corticibus plantarum habitat vis adſtringens. *Cortex granatorum* multum ſuae virtutis, quae maxime adſtringit, aquae impertit, ideoque vtile medicamentum, externe applicatum et in gargariſmatibus, et in diarrhoea praebet: interne plus nocere, quam alia adſtringentia, aut menſes ſupprimere poſſe negat. *Cortex quer-* p. 45.
cus ſummum adſtringens putatur. In leui tumore membranae mucoſae faucium decoctione eius cum fructu vſus eſt, vt et in prolapſu uvulae frequenter ex leui refrigerio redeunte, atque in cynanche tonſillari. Huius decocti vſus haec mala adeo praeuertere conſueuit. Paruam aluminis copiam adiicere ſolet, ſola vero aluminis ſolutio, vel fortior, idem non praeſtitit. Omni ſecunda vel tertia hora cortex puluerisatus ad ſemidrachmam datus, vel per ſe vel floribus chamomillae iunctus, febrium intermittentium paroxyſmum anteuertit. Efficaces non minus cupulae glandium ſunt. *Gallae* cum cortice p. 46.
hocce conueniunt viribus. Iuuare, nec vnquam nocere, vidit gallarum puluerem in febre intermittente, ſi amarum quid, v. c. gentiana adiiciatur. Cum lardo ſuillo mixtum vnguentum vtile contra haemorrhoidales affectiones praebet. *Viſcum* ab arbo- p. 47.
ris, in quo creſcit, indole non differre credit, ideoque quercinum, quo potiſſimum vtimur, inter adſtringentia ponit, contra vero epilepſiam parum valere ſtatuit.

Falſo *lignum campechenſe* in dyſenteria vtile reputatur, nocet maxime, vt Ipſe ſaepius expertus eſt; in diarrhoea vero confert plurimum, vi adſtringente. Virtutem adſtringentem fortiſſimam oſtendunt *Ba-* p. 48.
lauſtia, ſed tamen debiliorem, quam *malicorium*. Parum promittit *Lythrum*, de cuius virtutibus diſſentiunt Auctores. p. 49.

Acida

Acida certo modo concentrata coagulant fluida corporis, ideoque, quae iis componuntur, condenſant ſolida. Attamen poſterius faciunt, etſi tantopere
p. 50. diluta, vt prius efficere nequeant. Non niſi in ſuperficialia cutis vaſa agere, ſicque affluxum ſanguinis in altius poſitas partes, v. c. in contuſionibus, impedire videntur. Acida mineralia adſtringendi ſcopo vtiliter adhibentur. Si interne propinata haemorrhagias compeſcunt, hoc magis refrigerando quam adſtringendo efficere Ipſi videntur, id quod ſecus eſſe perſuaſum habemus.

p. 51. Acida adſtringentibus mixta auſterum quid procreant atque adſtringentiam augent; quare vina auſtera adſtringunt, ſed leuiter, quoniam alcohol in iis hanc facultatem minuit. Si hocce vero ex iis abigitur, vtile medicamentum exiſtit, vt in vino vrente (*burnt wine*, vino ad ebullitionem calefacto) cum adſtringente aromate (cinamomo) miſto videmus.

Amara certis caſibus vim adſtringentem oſtendunt. Cum *Sedatiua* (vt opium) euacuationes nimias cohibeant, pro adſtringentibus habita ſunt, ſed perperam; nihil huiusmodi produnt. Irritabilitatem et actionem fibrarum motricum minuendo, hoc effi-
p. 52. ciunt. Nec ſalium neutrorum refrigerantium agendi modus ad adſtringentiam referendus. Neque vero balſamica, quando euacuationes morboſas compeſcunt, ideo proprie ſic dicta adſtringentia ſunt.

p. 53. Cap. II. *Tonica.* Nouo loquendi genere vſus, *amara* fere hoc titulo comprehendit, quae ſolidis firmitatem et robur addunt, adſtringentium pene modo.
p. 54. Medicamenta, quae atoniam corrigunt vel in ſolida ipſa, laxitatem eorum condenſando, vel in ſtatum vis nerueae partium atonicarum agunt, influxum illius in hasce augendo. Prioris generis *adſtringentia*, poſterioris illa medicamina (*amara*) eſſe videntur, quae nullam adſtringentiam produnt; ideoque in

neruos

neruos tantum ipſa agere probabile eſt, *tonicaque* ideo
proprie ſunt nominanda. Nondum chemia eruit, p. 55.
quaenam vere ſit amaritudo, nec aliter niſi negatiue
definiri poteſt. Non volatilibus partibus nititur,
nec amara puriſſima vllum oleum eſſentiale per de-
ſtillationem largiuntur. Si vero largiuntur, olea non
amara ſunt, ideoque amarorem ipſum non conſti-
tuunt. Nec ſalinae partes in iis deprehenduntur, p. 56.
et acida adeo amaritudinem deſtruere videntur;
quae chemica analyſis ex ipſis eruit ſalia, non pro-
prie ad amarorem conſtituendum valent. Commu- p. 57.
nes quasdam in corpus vires habent amara. Augent
ciborum appetentiam et digeſtionem promouent,
quae a muſcularium fibrarum tono ſingulari modo
pendet, qui amaris reſtitui poteſt. Corrigere viden-
tur acorem et flatulentiam ventriculi vi illa, qua fer-
mentationem aceſcentem cohibere ſolent etiam ex-
tra corpus; ſed hoc fieri potius ideo, quod atoniam
fugant, probabilius eſt. Ita ventriculi ſtatum in me- p. 58.
liorem mutando etiam totius corporis vigorem reſti-
tuunt, ob nexum intimum illius organi cum toto ſy-
ſtemate fibrarum motricum. Si obſtructiones viſce-
rum remouent amara (quem tamen effectum Auctor
numquam vidit), nonniſi vi tonica hoc praeſtant. In
aurigine non iuuant, vt quibusdam erat perſuaſum.
Quando hydrops in illa exhalantium vaſorum laxita-
te conſiſtit, quam cachexiam nominamus, nec cum
magna viſcerum obſtructione coniunctus eſt, amara
ſummae vtilitatis ſunt, tam in praeuertendo, quam
in curando hoc morbo. Vim diureticam eorum p. 59.
non magni putat eſſe momenti. Vis eorum antipy-
retica, non leuis, in eo conſiſtere Ipſi videtur, quod
recurſum atoniae extremitatum vaſorum arterioſo-
rum, quae cauſa paroxyſmi cuiusque febrium inter-
mittentium ſit, roborando tollant. Quam quidem eo- p. 60.
rum virtutem ab actione in neruos pendere, hinc patet,

quod

quod vix in ventriculum ingeſta effectum antiſebri-
lem praeſtant. Febribus intermittentibus medentur
per ſe ſola, quamuis efficacius, ſi adſtringentibus iun-
gantur. In febribus continuis vſus eorum ambi-
guus eſt; augent enim phlogiſticam diatheſin,
p. 61. ideoque noceant, neceſſe eſt. Etiamſi non ſtimulant
circulum ſanguinis, tamen, quoniam corporis vigo-
rem augent, fieri poteſt, vt tamquam diaphoretica
ſe gerant; ſudorem ipſum tamen ipſis ſolis cieri
non vidit, niſi magna aquae calidae copia diluta fue-
rint, ſtragulisque corpus foueatur. Largam ama-
rorum doſin fere ſemper aluum laxare reperit, quam
ob rem in colicis ſpaſmodicis inque ipſa dyſenteria
vtilia eſſe poſſunt. Chloroſin iis ſolis remoueri, non
expertus eſt. Ea nullo tempore vidit, nec ex theoria
credit, in contuſionibus aut in caſu ex alto quidquam
p. 62. proficere. Amarorum virtutem anthelminthicam in
dubium vocat, nec melius de ſemine ſantonici ſen-
tit, in quo tamen fallitur. In vlceribus ſordidis cu-
randis vſum eorum externum vtilem inuenit, quin
et in gangraena cohibenda. Amara vero pura ad
fomentationes adhibita in locis, quae cuticula tegun-
tur, vix vnquam tumoribus medelam aliam afferre
p. 63. poſſe credit, quam quae a calido humido proficiſcitur.
Arthritidis inflammatoriae paroxyſmos abigunt ama-
ra, et quare hoc fiat, ſubtilius eruere conatur, argu-
p. 64. mentis vix intelligibilibus. Hoc tanquam corollarium
ſubiungit, amara ventriculi tonum deſtruere, quod
p. 65. ſecus nobis quidem videtur. Amarorum certe vſus
p. 66. continuatus in cura podagrae, quae mala poſt ſe tra-
hat, fuſius docet; idem de diuturno vſu eorum con-
p. 67. tra lithiaſin ſentit. Amara in ſubſtantia dare ſuadet,
huncque modum exhibendi omni per menſtrua ex-
p. 68. tractioni anteponit, ſi illud fieri circumſtantiae pro-
hibent, tempus, viginti quatuor horis minus, pro in-
fuſione cum aqua calida (infra ebullitionis gradum)
ſuadet;

ſuadet; diuturnior infuſio nauſeoſum reddit medicamentum. Vinum non efficacius amara extrahit (quod negamus). Decoctio decomponit ſubſtantiam amaram, hinc extracta a ſtomacho repudiantur; nec grata nec valde proficua exiſtunt medicamina. Garayanorum extractorum pretium perpendet. Quam optime in valido Digeſtore vitreo amara extrahuntur per calorem, qui infra ebullitionem eſt. Spiritus vini non tam larga copia plantas amaras extrahit, quam aqua, ſed purius, reſtringendum tamen infuſionis tempus, ſi gratam ſatis optamus tincturam, per cohobationem ſeu reiteratam infuſionem in nouam plantae amarae doſin concentratior fit. Spiritum vini tenuem et digeſtorem commendat pro optima extractione ſpirituoſa. p. 69. p. 70. p. 71.

Gentianae radicem puriſſimam ſimpliciſſimamque putat amaritudinem et perquam fortem. Per ſe in curanda febre intermittente cortici peruuiano longe cedit, ſed cum aequali parte radicis tormentillae iuncta nunquam in hoc morbo auctoris ſpem fefellit. Gentianam luteam et rubram aequiparat. p. 72. p. 73.

Centaurium minus quamquam eiusdem generis cum gentiana, tamen minus vtile cenſet, cum tantum menſtrui in ſeſe recipiat, nec ita facile extrahi patiatur. Cum LEWISIO ſummitates Centaurii inertes putat.

Quaſſia et pura et fortiſſima eſt amaritudo, ſed gentianam non antecellit, nec exaggerata encomia variorum Auctorum meretur. *Simaruba*, vt eiusdem generis, ita et eiusdem qualitatis eſt. In dyſenteria non adeo vtilem inuenit, vtiliorem vero longe chamomillae florum infuſionem. p. 74.

Nullam acrimoniam fouet, nec guſtu nec olfactu percipiendam, *Menyanthes* (trifoliata) et purae amaritudinis eſt; adſtringentiam tamen quandam nigro, quem cum vitriolo martis procreat, colore manifeſtat; p. 75.

ſtat; minus gratum ſaporem praebet, quam prior
ſiccata haec planta nullam virtutis partem amittit,
vt falſo quidam opinati ſunt. In morbis cutaneis
vel ſi herpeticae naturae erant, infuſionem, theae
p. 76. loco potam, ſaepe vtilem expertus eſt. *Carduum benedictum* inter debiliora amara ponit. *Lupulum* tamquam medicinam vtiliter adhiberi poſſe coniicit. *Febae Ignatii* vſum diſſuadet, venenoſae quippe plan-
p. 77. tae. *Fumaria* vt ſaepius, quam fieri ſolet, in vſum trahatur, optat; in cutaneis affectibus eam valdopere commendat, immo in lepra. Duas vncias ſucci expreſſi bis de die propinat; reſtant tamen hae vir-
p. 78. tutes et in planta ſiccata. *Radicem Columbo* fortem gratamque cenſet amaritudinem, quae in dyſpepſiis votis reſpondet, minus in vomitu cohibendo; acrimoniam et fracedinem bilis corrigere non valet.
p. 79. *Chamomillam romanam* vulgari anteponit. Solis huius plantae floribus, a ſemidrachma ad drachmam aliquoties in intermiſſione datis, febres intermittentes curauit; ſed facile aluum laxant, ideo opio permiſcendi. Ob eandem vim laxantem in colica flatulenta et ſpaſmodica, immo in dyſenteria prodeſſe vidit. *Tanaceti* herbam validiorem cenſet quam flores, vtraque tamen debiliora ceteris amaris recenſitis. Eius contra podagram vſus ambiguus eſſe vide-
p. 80. tur. *Abſinthio vulgari* nullatenus romanum ſeu ponticum praeferendum eſt, cum illud fortiorem contineat amaritudinem. Herba prae ſummitatibus eligenda. Infuſione duplici recte paratur tinctura.
p. 81. Narcotici quid abſinthium prodere Ipſi videtur, immo aliquid huiusmodi in aliis plantis amaris latere opinatur, quod ſenſibilitatem atque irritabilitatem neruorum deſtruat. Vim anthelminthicam negat.
p. 82. *Abrotanum*, debilis amaritudo, non laudanda. *Scordium* in praxi reſpuit; de *Teucrio Chamaed.* et *Chamaep.*
p. 83. item. *Ariſtolochiam* rotundam, longam et tenuem

pare-

pares censet. Valde amarae et acrimonia pleniores sunt caeteris huius classis. In retentionis mensium et chloroseos quibusdam casibus vtilem expertus est, in suppressione vero minime. Portlandicus puluis maiorem sui partem aristolochiam recipit, quae in arthritidis paroxysmis abigendis idem praestat, quam ille, sed et iisdem sequelis stipatur. Sapore et odo- p. 85.
re gratior *serpentaria* et amaritudinem, aromaticam- que acrimoniam non leuem fouet. Antiseptica p. 86.
et maxime tonica est medicamentum; in gangrae- na adeo prodest. Febribus intermittentibus mede- tur, inprimis si cortici et adstringentibus iungatur. In febribus remittentibus et continuis nullus tam acris plantae vsus nisi in typhiacme. *Cortex Auran-* p. 87.
tii praeter amarorem magnam olei volatilis aromatici copiam continet, quae peculiares ipsi dat facultates, nondum iuste determinatas. Minus aromatica, sed amariora poma immatura, *curassauica* dicta. Stoma- chicum praestans cortex aurantii, sed recentior et maiori dosi esset adhibendus. Folia aurantiorum in p. 88.
epilepsia curanda nihil efficere vidit. *Arnicam* non expertus est. Amarum in *Cascarilla* magis domina- tur, quam aroma. Antipyreticum debilissimum est, p. 89.
nec haemoptysi medetur; vis eius tonica non prae- stans est.

In *tortice peruuiano* qualitas amara et adstringens p. 90.
coniuncta est, et hinc, quamuis parum aromatici contineat, maximum tonicum euadit. Dyspepsiae, quae maximam partem ab atonia fibrarum muscula- rium ventriculi pendet, medetur vt plurimum. Haec p. 91.
vis roborandi a ventriculo in reliquum corpus patet, ideoque cortex febri intermittenti medetur. Dari potest statim in initio, nec plures paroxysmi antea expectandi. Non facile in modica dosi functiones p. 93.
animales turbat, quare sine praeparatione praeuia propinandus, nisi emeticum lene exceperis. Si bilis

abundat, leniter aluus ducenda. Sed eſt, vbi ſymptomata tam grauia vrgeant, vt omiſſa omni antecedente primarum viarum euacuatione, corticem protinus dari expediat, maxime ſi paroxyſmi diuturniores in dies fiunt. p. 94. Si vero phlogiſtica corporis diatheſis inualuit, cortex non poteſt non nocere, certe nil iuuat, donec illa remota fuerit. Viſcerum obſtructiones corticem non augere opinatur, itaque non nocere, ſi illa in febribus praeextiterint. p. 96. Quod ad tempus attinet corticem exhibendi, iuſtam et ſatis magnam doſin (ad drachmas duas) paulo ante acceſſionem dat, vel repetitas minores aliquot horis ante. Haec efficaciſſima methodus, quam primi corticis introductores adhibere conſuerant, in cauſa fuit, vt praeſtantiorem ſpeciem corticis, quam ſtatu noſtra eſt, in vſum traxiſſe crederentur, id quod tamen ſecus eſt. p. 97. Et cortex ruber hac methodo vtiliſſime datur. p. 98. Affinitatem inter intermittentes et remittentes febres demonſtrat, et in remiſſione corticem ſub certis limitationibus dat. p. 99. Si febris intermittens in remittentem, tandem vero in continuam tranſit, etiam in hac cortex recte datur, vel ſi continua ex effluuiis paludoſis nata fuerit etc. eo tempore ſcilicet, vbi vel leuiter remiſerit. In ceteris continuis genuinis nocet; auget enim ſtatum inflammatorium. p. 100. Docet Auctor, quando in rheumatiſmo acuto cortex dandus, quando omittendus ſit. Corticis vſus quis ſit in febribus, ab effluuiis humanis ortis, in typho putrida et neruoſa, difficile Ipſi videtur determinatu. p. 102. Statum inflammatorium in vtraque ab initio adeſſe credit (perperam), ideoque ante ſecundam ſeptimanam corticem exhiberi non debere. Sed in hac demonſtratione vacillat hinc inde dubius. p. 104. In variolis non concedit vſum corticis, niſi poſt eruptionem confluentium, et in febre, quae eam ſequitur, ſecundaria. p. 105. In morbillis, cum fere inflamma-

toriis

toriae ſint, diſſuadet omnem eius exhibitionem. Idem ferme de eryſipelate ſentit. In ſcarlatinae tantum anginoſae quadam ſpecie admittit hoc medicamentum. Non niſi in exeunte dyſenteria, quando malum in diarrhoeam degenerauit, cortice vtitur, aut ſi cum typo tertianae coniuncta ſit. In catarrhalibus affectionibus, quae cum febre intermittente ſtipatae aut iam chronicae factae ſunt, cortici fidit. Haemorrhagia actiui generis, id eſt, quae diatheſin inflammatoriam ſociam habet, vt ſaepe ſolet, nocet maxime, in paſſiua vero v. c. in menorrhagia, quae a laxitate extremitatum vaſorum vterinorum pendet, conuenit ſummopere, non tanquam adſtringens, ſed vt tonicum. In phthiſi vt plurimum nocet, niſi in ea, quae hecticam febrem, cum frigore ſtatis temporibus redeuntem, ſociam habet, vbi magnum leuamen affert, ſed malum ipſum non curat; redit tandem febris et phthiſis aegrum iugulat. Vbi cortex gangraenam curabat, quandam inflammationem et ſuppurationem excitabat circa gangraenatam partem; atoniam vicinarum partium aufert, naturaeque molimini bus ſubuenit. Nullius contra vſus eſt, vbi gangraena ab acuta grauique inflammatione proficiſcitur. Scrophula et rhachitis non in genere a laxitate et debilitate corporis naſcuntur, ſed a certa et peculiari corporis conditione pendent; nullum itaque in vtroque morbo leuamen e cortice produci vidit. Solum, ſi epilepſia a mobilitate neruorum ortum trahit, haec medicina vſui eſſe poteſt; ſed hoc raro fit, foſſiliaque tonica ex ferro, cupro aut zinco magis proficua reperiuntur. Poſterioribus tamen corticem in chorea praefert. In tuſſis conuulſiuae progreſſu, vbi contagium iam fere euanuit, vtilem expertus eſt. Item in aſthmate hyſterico. Hyſteria genuina, quae vix niſi in plethorico corpore occurrit, cortice non ſanatur. Innumerae vero illae aegritudines neruoſae,

p. 106.

p. 107.

p. 108.

p. 109.

p. 110.

p. 111.

p. 112.

p. 113.

ſae, quae vulgo hyſtericae dicuntur, et illae praeſertim, quae melancholico temperamento accidunt,
p. 114. a cortice leuantur et curantur. Nocet vero in hypochondriaſi, vbi torpor cum fibra ſtricta adeſt, caeterae contra affectiones, quae falſo hoc nomine veniunt, dyſpepſiae ſpecies ſunt.

p. 114. *Salici albae* iuſtas tribuit in curandis febribus intermittentibus laudes. Corticem huius arboris ex ramis, tertiam pollicis partem craſſis et quatuor vel quinque annorum, depromit.

p. 116. Cap. III. *Emollientia* minuunt cohaeſionis vim inter moleculas ſolidorum corporis humani atque ſic laxiores et flexibiliores reddunt. In ſimplicia modo ſolida agunt, non in fibram muſcularem, niſi forte propter calorem, qui vna cum iis agit. Agunt in loco, in quo applicantur, vel ita vt ſeſe in ſubſtantiam ſolidi inſinuent, vt aqua, vel ita vt iuxta interſtitia aridarum particularum penetrent, vt oleum. Ob
p. 117. cohaeſionem intimam partium corporis emollientia quamuis topice applicata, tamen certo modo ad totum corpus patent, idque quadam ratione relaxant. Iam demonſtrare conatur, interne adhibita vix emollientes edere vires, niſi in ore et in faucibus aut in intes-
p. 118. ſtina craſſa iniecta. Multo minus in vaſa ſanguifera eorum virtus tranſit. Quamdiu aqua ſenſationem frigoris edit, non emollit, id eſt, niſi plus quam 62
p. 119. gradus Fahrenh. caloris habet. Quo calidior eſt aqua (ne tamen vrat), eo etiam emollientior eſt.
p. 120. Forma vaporis plus etiam relaxat. Emollientia, niſi diu ſatis applicantur, effectum debitum non praeſtant, ideo optime in pultis forma adhibentur. Emollientia guttatim cadentia in locum affectum (*douche*) ſimul motum oſcillatorium in vaſis partis affectae procreant, frictioni analogum, atque ſic maxime reſoluunt obſtructiones, ſenſumque et vitam in paralyticis membris reſuſcitant. Oleum applicatum in

arida

aridas ſquamas cuticulae ſeſe inſinuat, atque ita flexiliorem et laxiorem eam reddit; vix vltra penetrat.
Si aqua calida, vt probabile eſt, in ipſam cutis ſub- p. 121.
ſtantiam penetrat, textum etiam celluloſum et ipſas
vaſorum membranas relaxabit, ita vt facilius iam ſanguinem tranſmittere poſſint. Ceſſat hoc modo partium inflammatarum tenſio. Impetus cordis et arteriarum ſi quando, vt ſaepe, a ſpaſmodica conſtrictione extremorum vaſorum in ſuperficie corporis pendet, tollitur applicatis ſupra totum corpus emollientibus. Sic relaxatio integumentorum infimi ventris
ſaepe ſpaſmum inteſtinorum etc. aufert. Si huic
parti emollientia applicantur, maior in hanc influxus
humorum enaſcitur, et impetus eorum in alteram
minuitur; inde ex relaxatis ſuperficiei corporis vaſis
extremis, ſudor. Inde reuulſio a capite per pedilu- p. 122.
via. Emollientium vis relaxans et obſtructiones remouens augetur, ſi cum frictione iunguntur. Sed
et calore efficaciora fiunt; maxime ſi ad minimum
per horam integram applicantur. Aqua mollior, p. 123.
aptior ad hunc vſum. Aptior etiam videtur, ſi cum
oleo intime miſcetur, quod fit addito lacte; cui ta- p. 124.
men ROBINSONI experimenta repugnant. Plantarum ſic dictarum emollientium vires, atriplicis etc.
parum ad facultatem relaxantem aquae faciunt. Nec
ipſa mucilaginoſa, althaea, farinae etc. cutem lenio- p. 125.
rem, quam aqua ſimplex, relinquunt, aptiora tamen
ad pulmenta pro fotu eam reddunt. *Oleoſa* emol- p. 126.
lientia non penetrant vltra cuticulam, niſi per vaſa
lymphatica, non tamen magna copia. Rectius et vtilius cum frictione adhibentur, quam aquoſa. Abdomen oleoſis pertractauit, ſicque largam vrinae copiam non raro fluere vidit. Perſpirationem haec non
obturant. Oleum oliuarum oleo lini ad hunc ſcopum p. 127.
praefert. Inter pinguedines animalium non diſtinguit.

p. 128. Cap. IV. *Corroſiua* ea ſunt, quae ſolidam corporis humani ſubſtantiam diſſoluunt, quae auferenda eſt. Sed haec chirurgia curat. Solidis viuis ſi applicantur, dolorifice agunt, afficiunt irritantque interdum totum corpus. *Acida concentrata* primo loco nominanda, ſed propter eorum liquiditatem raro adhibentur. *Alcali fixum* acido aëreo liberatum cauſticum frequentiſſime in vſum trahitur. Alterna acidi et alcali applicatio BARRYI Auctori non ſucceſſit. Metallis vero iuncta acida valde corroſiua ſunt, v. c. *cauſticum lunare* (lapis infernalis), et *butyrum antimonii*, fortiſſimum cauſticum, quod tamen facile liquefit et ea propter raro adhibetur. Et *alumen vſtum*, mitius cauſticum, fungoſas excreſcentias vlcerum conſumere valet. Corroſiua mercurialia et cuprea vlcera ſordida mundificant et ad puris laudabilis excretionem diſponunt, ad ſanationem tam neceſſarii. Praecipitati rubri cum vnguentis miſtionem damnat.

p. 130.

p. 131. Cap. V. *Stimulantia* ea dicit, quae magis in ſolida viua agunt, et ea, quae motui, et ea, quae ſenſationi inſeruiunt. Dantur, quae ſine ſenſatione excitata muſculorum motum promouent, quamdiu principium vitale in iis perſiſtit. Quae mobilitatem fluidi neruei tam in neruis ipſis, quam in muſculis, (irritabilitatis principii) augent, ſtimulantia, quae minuunt, *ſedantia* appellantur. Quomodo ſenſus diuerſi vario modo affici poſſint, explicat. Quanquam expectari poterat, vt omnium ſtimulantium ad organa ſenſoria applicatorum vis directe in cerebrum tendere deberet tamen omnes fortes impulſus perſaepe in adiacentes partes magis, quam in cerebrum aut in totum corpus agere videmus. Sic maxime vaſorum ſanguiferorum actio augetur in partibus organo ſenſorio vicinis. Stimulantia, ad certum locum applicata, dolorem, inflammationem, ſuppurationem etc. exci-

p. 132.

p. 134.

p. 135.

p. 136.

excitare poſſunt, ſine eo vt reliquum corpus affi-
ciatur; in aliis caſibus augetur quidem circulus
ſanguinis, ſed non pro ratione inflammationis loca-
lis. Dantur e contra ſtimulantia, quae exiguum qui- p. 137.
dem effectum exſerunt in partes, cui applicantur,
motus tamen in aliis iisque maxime remotis locis
excitant, qui ſtimulum a loco applicationis abacturi
ſunt. Huius tenoris ſunt motus ſternutationis, tuſ-
ſis, vomitus, ſeceſſus per vrinam et aluum, rel.
Hic non peculiaris inter has diſtantes partes nexus
neruorum, ſed prouida quaedam naturae intentio
praeualere videtur, nociua a corpore repellendi.
Variis exemplis hanc illuſtrat vim naturae conſerua- p. 138.
tricis et medicatricis, talesque ſtimulos *indirectos* ap- — 140.
pellat. Saepiſſime ſtimulantia in ventriculum inge- p. 141.
ſta in corpus reliquum agunt per interuentionem
praeuiam cerebri. Sic ſtimulantium effectus in ven- p. 143.
triculo ſigillatim proſequitur, vſque dum vel in inte-
ſtina procedunt, vel in circulum ſanguinis recepta
vario modo agunt.

Verticillatarum facultas fere oleo eſſentiali in iis p. 144.
abundanti nititur.

Betonica debilis planta, rectequeiam in praxi ne- p. 145.
glecta; ita et *hedera terreſtris*, quae phthiſi pulmo-
nali mederi falſo creditur. *Hyſſopus* plus olei eſſen- p. 146.
tialis fouet, cum amarore coniunctum; virtutem
eius pectoralem Auct. non vidit, in quibusdam ta-
men contuſionibus oculorum adiumento fuit exter-
ne applicatus.

Lauendula interne et externe adhibita ſyſtema p. 147.
neruorum potenter ſtimulat, interque cephalica for-
te ſupremum locum occupat. Cerebri energiam ad p. 148.
efficaciorem impulſum in neruos animalium, raro in
neruos vitalium functionum inſtigat, ſicque circulum
ſanguinis fere nunquam ſtimulat, vt aromata ſolent.
Supra deſtillatione plantarum verticillatarum quae-

dam monet. Parem cephalicam virtutem oſtendit *Maiorana*. In ſternutatoriis frequentiſſime adhibetur.

p. 149. *Mentha ſatiua* potenter ventriculum ad omnia eius munera excitat; antiſpaſmodicum eſt. Colicas ſpaſmodicas ſedat. Vomitum a ſpaſmis cohibet. Coagulationem vero lactis in mammis et appetitum
p. 150. venereum praeuertere non vidit. Omnes menthae virtutes, ſed maiores in *Mentha piperita*, in aqua eius deſtillata certe et oleoſaccharo, praeſentaneas vires antiſpaſmodicas et carminatiuas deprehendit. *Pulegium* minus antiſpaſmodicum et magis calefa-
p. 151. ciens expertus eſt. Menſtrua non peculiari facultate, ſed vt ſtomachicum interdum prouocat; ſaepe incaſſum tentatur. Leniter ſtimulat ſyſtema neruoſum *roſmarinus* et recte cephalicum habetur, quod
p. 152. vix calefacit. Hoc oleum fragrans et efficax in calicibus florum reſidet et in foliis maxime ſummita-
p. 153. tum ramorum. *Saluia* verticillatarum plantarum vires quidem edit, ſed oleum eius magis ingratum
p. 154. ſanguinem mouet. *Teucrium marum* largam (?) putat continere olei eſſentialis copiam cephalici generis, odoris magis pungentis et potentiſſimae errhinae facultatis. Summum inter verticillatas plantas putat eſſe cephalicum et antiſpaſmodicum. *Marrubium* parum olei et vix fragrantis fouet, nec pectorales, nedum antiphthiſicas virtutes eius expertus eſt.

p. 155. *Vmbellatarum* vires maxime in ſeminibus continentur, antiſpaſmodicae et carminatiuae. *Ammi* tanquam exoticum et infidae virtutis negligendum,
p. 156. *Anethi* aqua deſtillata, in colica infantum frequentius vſurpata, ingratior magis gratis locum cedere deberet. *Aniſum* oleum fragrans et tamen parum acre
p. 157. fouet, quod maiori copia in Elaeoſaccharo adhibitum vix calefacit; neque pectorales virtutes egregias, neque vim lac in mammis augendi expertus eſt.

Cori

Cari ſemina olei grati copiam continent, ſed viribus cum aniſi ſeminibus conuenire putat. *Foeniculum* p. 158. debilius anetho, aniſo, caro. *Coriandri* ſemina cum ſennae foliis infuſa horum odorem et ſaporem egregie emendant, immo tormina auferunt, quae ſenna tam facile excitat. *Cuminum* potentiori, quam reliquae fere omnes, facultate carminatiua gaudet, ſed p. 159. ob odorem minus gratum negligitur; ad diſcutiendos indolentes tumores apta eſt ex eo fomentatio. *Petroſelini* radix diureticum putatur; inefficax tamen reperitur, forſan quod vires coctione diſſipantur. *Angelicae* gratum aroma maxime in radice reſidet. *Pimpinella*, planta ſtahliana vix memorandae p. 160. virtutis. *Ginſeng* radix, blandum ſed debile aroma cum quadam dulcedine, vim aphrodiſiacam nullam poſſidere expertus eſt. p. 161.

Siliquoſarum odor pungens oleo eſſentiali nititur, quod deſtillatione cum aqua obtinetur, et in aqua ſubſidit. Alcali volatile nullum continent. Acrimo- p. 162. nia earum in foliis facile per ſiccationem auolat, difficilius ex radice, minime omnium ex ſeminibus. Cuti applicatae, rubefaciunt eam, ſucceſſu temporis inflammant valde, deuique veſicas extollunt. Exſudatio lymphae ex iis et inflammatio ſerius medelam recipit, quam quae cantharidibus excitatur. Simulac in ventriculum peruenerunt, haec earum acrimo- p. 163. nia ſtimulum ſyſtemati neruoſo fortem et vndiquaque penetrantem addit, ſed fugitiuum, quoniam facile per vias vrinarias ſecedit. Non difficulter in putrefactionem ruunt hae plantae et ſic deſtillatae alcali volatile praebent. Prouida naturae cura eas ibi maiori copia creſcere iuſſit, vbi ſcorbutus frequentiſſimus.

Cochlearia inter omnes maxime antiſcorbutica p. 164. habetur, et eſt. In conſeruae forma virtus ipſius non ſatis integra manet, frequentiſſime ſucco ex-

preſſo vtuntur medici. Spiritus cochlearias vtilis
p. 165. in paralyſi et tanquam diureticum. *Naſturtium* aquaticum ſiliquoſarum vires eminentes poſſidet. Succus antiſcorbuticis admixta acida vegetabilia virtutem eorum perquam augent; in vaſis bene obturatis ſeruandi
p. 168. ſunt. *Eryſimi* in raucedine curanda laus. *Braſſica* fermentata (*Sauerkraut*) contra ſcorbutum non ob acrimoniam ſiliquoſis communem laudari debuerat. *Raphanus ruſticanus* maximum ſtimulans huius ordinis eſt; inflammat cutem, in paralyſi et rheumatiſmo prodeſt, ſic et in raucedine; (drachma vna radicis raſpatae cum quatuor vnciis aquae bullientis per duas horas infuſa et duabus ſacchari drachmis dulcificata ad vnum et duo cochlearia minuta bis terue in die
p. 169. paullatim ſorbillatur). Ingeſta promouet digeſtionem, cum aqua infuſa emeticum praebet. Eius acrimonia facile in vrinarias vias penetrat et vim diureticam fortem monſtrat. *Sinapi* nigrum et album non differt, per deſtillationem oleum eſſentiale largitur, eiusdem cum ſeminibus acrimoniae; oleum
p. 170. expreſſum autem blandum eſt. Puluis eius cuti impoſitus eam rubefacit diuturna inflammatione, interne vero ſumtus maximos poſt raphanum ruſticanum
p. 171. edit effectus ſtimulantes. Semina ſinapeos integra, ad vnciae dimidiae quantitatem deglutita, aluum exonerant, interdum laxant.
p. 172. *Alliaceorum* virtus maxime in *Allio ſatiuo* dominatur, cuius acrimonia maxima facile in aërem aufugit. Oleum eſſentiale acre largitur, quod in aqua ſubſidit. Allium tritum cutem inflammat. Digeſtionem promouet et condimento loco eſſet, niſi odor
p. 174. perhiberet. Calorem in corpore excitat, ſtimulantem ſuam ſubſtantiam per totum corpus velociſſime perfundit, quae per perſpirationem et vrinam tranſit,
p. 175. vtile hydropicis remedium vt et ſcorbuticis. In aſthmate pituitoſo confert. Qua forma ſumendum ſit,

ſit, docet. *Cepae* acrimonia tam volatilis eſt, vt facile in aërem diſſipetur, ſi in fruſtra concidatur. Ventriculum ſtimulat, diuretica eſt. Mucilaginis inſtar agit, quando aſſata ad ſuppurationem promouendam applicatur. Succi aliquot guttae ante decubitum in aurem ſtillatae contra ſurditatem proſunt. p. 177.

Coniferae. Pinus. Terebinthinae ſpecies parum differunt. Eſt acris ſubſtantia, quae cutem inflammat, magno cum dolore. Ipſa, vt et caetera balſama, ob eandem vim male vulneribus recentibus applicantur. p. 178.

Cum ſaccharo aut melle ingeſta ſtomachum facile offendit therebinthina, laxat aluum, maxime clyſteris forma iniecta, ad ſemiunciam aut vnciam integram cum vitello oui in aqua triturata. In vaſa ſanguifera ingreſſa calefacit et rheumatiſmos et arthritidem fugat; diuretica eſt, et antiſcorbutica. Nocet in inflammationibus internis. Manifeſtam inflammationem in vrethra oriri vidit ab vſu eius interno, et vrinae ſuppreſſionem. Sine ſucceſſu in fluore albo dedit. Non facile cutem irritat *oleum terebinthinae*; calorem in ventriculo creat, et diureticum eſt. Terebinthinam e pino larice L. omnibus aliis praefert. p. 180. p. 181. p. 182. p. 183.

Iuniperi oleum magis gratum eſt therebinthinaceo; diureticum eſt. *Balſamica* terebinthinaceae naturae maxima ex parte eſſe videntur. *Balſamum Capaiuae* vires ſuas oleo eſſentiali debet. Damna interni vſus ex *Hoppio* refert. Saepius irrito ſucceſſu contra gonorrhoeam propinauit; interdum nimis irritabat et ſaepe nocuit. Ad viginti et triginta gutas in haemorrhoidalibus affectionibus (quibus?) ſemel aut bis in die cum ſucceſſu dedit. p. 186. p. 189. p. 190.

Ex ſpecie terebinthi fluit *balſamus peruuianus*, cuius virtutem nullam expertus eſt. Gratiſſimo odore imbutus et mitiſſimi ſaporis *tolutanus* balſamus, quem inter balſamos innocentiſſimum depraedicat. *Benzoe* maximam analogiam cum terebinthinaceis habet p. 191.

habet eo quod oleo et ſale acido conſtat, vt illa
p. 192. *Flores Benzoes* magnam acrimoniam et ſtimulandi vim fouent, in aſthmate non vtiles, ad ſemidracha-
p. 193. mam vero datos nociuos reperit. *Styracem liquidam* cum duabus partibus vnguenti baſilici nigri mixtam empirico vſu in paralyſi, inprimis vero in debilitate membrorum poſt rhachitidem ſubſequa magno cum ſucceſſu adhiberi certior factus eſt.

Reſinoſa. Myrrha. Stimulat haec gummi reſina ventriculum, appetitum et digeſtionem promouet; a maiori vero doſi ad triginta et quadraginta grana calefacit valde et ventriculum et totum corpus. Pe-
p. 194. culiarem in vterum agendi vim non poſſidet. Nihil prodeſſe in phthiſi immo ſaepe nocere pluries vidit.
p. 195. Vſum in vlceribus externis damnat (iure?). Mercurii certa et conſtans vis in lue venerea curanda a *Guaiaci* vſu in hoc morbo auocauit, non vero huius quaedam inefficaciam. In morbis cutaneis
p. 196. nullam vtilitatem ex eo percepit. In rheumatiſmo chronico efficax remedium, inprimis eius gummire-
p. 197. ſina, quae commodius in vſum trahitur. Reſinoſa pars multum cum balſamis conuenit. Variae circumferuntur de tincturae gummi guaiacini cum taffia praeparatae efficacia contra arthritidem opinio-
p. 199. nes. In ipſo paroxyſmo adhibita certo damnum infert; diutius vero extra acceſſionem propinata tollit quidem in longum tempus paroxyſmos, ſed redeunt. Vbi non redierunt, hydrothoracem ſubſequi vidit, ſibique perſuadet, nullo remedio inflammatorias acceſſiones arthridis praeuerti poſſe, ſine eo vt periculoſa corporis atonia inſequatur. Vt ſpirituoſi menſtrui damna euitet, ſolutionem gummireſinae in aqua mediante vitello ouorum aut mucilagine gummi arabici praeparat. Hanc in rheumatiſmo chronico aliquamdiu veſperi ante ſomnum dat ea doſi, vt gummi in ea contentum quindecim ad triginta grana ponde-

ponderet, aluusque ſequenti die ſemel ſoluatur, non vero eousque vt paroxyſmorum reditus penitus auertatur, quod periculoſum cenſet. In arthritide retrogreſſa et volatica ſummae vtilitatis inuenit hanc medicinam. *Sarſaparillam* nunquam efficacem ex- p. 200.
pertus eſt. Infuſionem *Saſſafras* calide et iuſta copia ingeſtam ſudorem largum procurare vidit.

Aromata. Et horum vis ſtimulans ab oleo eſſentiali, ſed gratiſſimo pendet, quod ventriculum excitat et ſaepe antiſpaſmodicas et carminatiuas edit vires. Augent calorem ſanguinis. *Cinnamomum*, fragran- p. 202.
tiſſimum aroma, oleum quidem acre continet, ſed tam parua quantitate, vt tutius longe quam caetera aromata adhiberi poſſit. Adſtringit parumper. Idem, ſed debilius, aroma *Caſſia lignea*, maiori tamen mucilaginis copia referta. Iucundiſſimi odoris *Caryo-* p. 203.
phylli, qui largam olei aromatici quantitatem fouent, quod, vt venale ad nos venit, ſatis efficax pro vſu externo eſt. *Nux moſchata* fere cuilibet gratum eſt aroma, non leui hypnotica facultate praeditum, cuius exemplum memorabile refert. Partes eius acti- p. 205.
uae non calore aquae bullientis diſſipantur. *Macis*, pars nucis moſchatae, et odore et ſapore aliquantum differt ab hacce, oleum vero fouet volatilius paulo et acrius. *Cardamomum* gratum, ſed parum acre p. 206.
aroma, cuius oleum eſſentiale in aqua non ſubſidit. *Zingiber* minus grati odoris et magis pungentis et vrentis ſaporis. Calorem ſanguinis auget non ſecus ac caetera aromata; partes eius actiuae ſatis fixae ſunt. Frequentiſſimi vſus aroma *Piper;* et huius p. 207.
acrimonia non valde volatilis naturae eſt. Calefacit non leuiter, aſſiduo vſu aſſueta corpora vero minus. Febres intermittentes fugat. Debilius *Piper longum.* p. 209.
Debilius etiam eiusdem generis planta *Cubebae*, fragrantiori tamen et magis grato odore gaudent. Inodo- p. 210.
rum *Capſicum*, acrimoniae piperis; contra febres intermit-

p. 211. termittentes valet. Maxime a canella alba differt *cortex Winteranus*.

Acria. *Ari* acrimonia non eſt oleum eſſentiale (nec reſina), quia vini ſpiritu non extrahitur, exhalat exſiccatione et aquae bullientis calore, non tamen in deſtillatione tranſcendit. Radix recens rubefacit cutem, leuiorem tamen aliis enumeratis medicamentis producit inflammationem; ſtimulat ventriculi digeſtionem, tollit febres intermittentes. Minus ſucculenta eſt et melius exſiccatur radix, ſi a planta
p. 214. iam emoritura deſumitur. *Mezerei* lignum fere inſipidum, cortex vero tam acris, vt cuti impoſitus cuticulam ſeparet, ſerique effluxum excitet, ſine tamen partium eroſione. Duae radicis drachmae per diem in decoctione propinatae calefaciunt ventriculum. Maiori vero doſi vrit, nauſeam vomitumque creat et
p. 215. corpus calefacit. Vlcera poſt mercurii abuſum ſupra totum corpus ſparſa hoc decocto ſanauit intra aliquot ſeptimanas; idem et in aliquibus cutaneis affectibus interdum efficax expertus eſt auctor. Tentan-
p. 216. da vlterius *pulſatilla nigricans*, etiamſi a BERGIO reiecta.

p. 217. Cap. VI. *Sedantia* ea nominat, quae, citra euacuationem et directe, motus et vires (*powers*) in corpore minuunt. Duplicia ſunt, nempe ea (*narcotica*), quae in neruoſum et ea (*refrigerantia*), quae in ſyſtema ſanguiferum agunt. Sect. I. *Narcotica* ſenſibilitatem et irritabilitatem minuunt, atque ita etiam motus in corpore et horum vires impulſiuas (*powers*). Sic ſomnum inducunt et *hypnotica* aut *ſoporifera* appe-
p. 218. lantur. Haec proprie appellanda ſunt *Venena*, cum vitale principium ex toto exſtinguere valeant. Non ſpecialiter in cerebrum, ſed in illud ſubtile et elaſticum agunt fluidum, quod vniuerſo ſyſtemati nerueſo commune eſt, quoniam motus et vires motrices in ea praecipue parte minuunt, cui applicantur. Generatim minuunt, immo deſtruunt mobilitatem vis ner-

voſae.

voſae. Huius narcoticorum effectus varietates per- p. 219.
ſequitur. Primo omnium et facillime, ſi in ventri-
culum ingeſta ſunt, animales functiones afficiunt,
ſicque ſomnum inducunt. Deinde eorum effectus p. 220.
in vitalibus functionibus comparent, eorumque mo-
tus minuunt, non quidem conſtanter, ſed frequen-
tius tamen. Magis vero perſpicue eorum vis in na-
turalibus functionibus cernitur. Mobilitas canalis
alimentaris ſic perpetuo minuitur a narcoticis inge-
ſtis. Qua vero re eueniat, vt narcotica non ſemper p. 221.
ſedare, ſed ſaepe fortiter ſtimulare videantur, diſqui-
rere ſtudet, et ex *indirecto* eorum *ſtimulo* explicare
tentat. Ita ex concurſu huius indirecti ſtimuli et vis p. 222.
ſedantis directae ebrietatem illam deducit, quam nar-
cotica procreare ſolent. Effectus eorum, ſi non ne p. 223.
cant, cito praetereunt, ideo et frequentius et ſen-
ſim maiori doſi exhibenda ſunt, ſi effectum eo-
rum continuare velis. Hanc eorum proprietatem
ex natura ſomni demonſtrare conatur. *Opium* indu- p. 225.
cit ſomnum, motum neruoſae vis torpore perfundit,
eiusque ex cerebro in organa voluntaria influxum
ita ſuſpendit, vt motus in his vel conuulſiui vel
ſpaſmodici tollantur. Eodem modo et vitales, im-
mo et naturales functiones minuit, quae etiam ex
parte ab energia cerebri pendent. Somnum facile
procreat, ſi corpus vel nullo vel paruo ſtimulo affe-
ctum eſt. Vbi vero immodicus adeſt ſtimulus, mo- p. 228.
dica opii doſis eum ſuperare nequit, atque ſic ex con-
flictu ſedatiuae opii facultatis cum ſtimulante irrita-
mento, maior exſurgit in corpore irritatio, quae ta-
men et ipſa vincenda eſt doſi huius medicamenti ſa-
tis magna. Plerumque iſte conflictus, iſtaque ex p. 229.
opio irritatio ob minorem, quam par erat, eius doſin
naſcitur, vbi largior irritationem certius ſopiuiſſet.
Fere vbi irritatio, in corpore praeſens, praecipue et
ſigillatim cerebrum afficit, nullatenus vero ſyſtema

ſangui-

ſanguiferum, largiſſime et liberali prorſus modo op
vſui indulgere poſſumus, ſicque certiſſime irritame
tum plane tollit, aut ad tempus eius effectum ſ
pendit, tuto modo. Stimulat (quauis ratione) opi
et ſemper cordialem et exhilarantem vim exerce
p. 230. ſi itaque agrypniae cauſa, irritatio iam in corpo
praeſens, ab aucta cordis et arteriarum actione pe
det, opii ſtimulus acceſſorius eo certius ſomnu
fugat, ſequentibus omnibus dicti illius conflic
noxis, etſi ſaepe ſomnus tandem accedat. Si ac
aucta ſyſtematis ſanguiferi hic non ſedatur, ſed p
opii actionem continuat, immo, vt fere fit, inual
p. 231. pernicioſi plane exſurgunt effectus. Mere ſtim
lantia aegre ſudorem excitant, ex quo patet, opii v
ſudoriferam ſtimulante pariter atque ſedatiua virtu
niti, priore cor excitante, poſteriore vaſa extrem
relaxante. Exigua illa opii copia, quae in vias ſecu
das penetrat, ſanguinem nec rarefacere poteſt, n
p. 233. rarefacit. In febribus continuis cardiaca opii virt
interdum vſui eſſe poteſt, ſed non ſemper, quoni
in initio fere diatheſis quaedam inflammatoria pr
p. 234. valet. In febribus contagioſiſſimis minima interd
adeſt, et ſic tempeſtiuus opii vſus conducit; ſic etia
vbi inflammatio poſt aliquot hebdomadas euane
delirium tamen vrget, praeſentaneum inuenit rem
dium in opio, larga doſi, octaua quaque hora da
p. 235. Se inter omnes primum opii liberalem vſum
troduxiſſe aſſerit. De opii vſu in febre intermit
te; iuuat, ſi ea ratione dari poteſt, vt ſudor erump
p. 238. rectiſſimeque cum cortice iungitur. In omni ca
vbi ſanguinis miſſio indicatur, opium pernicio
eſt. Vbi vero ſpaſmus et inflammatio a ſingul
partis irritatione proficiſcitur, vt in calculo, duct
biliaribus aut vreteribus impacto, praeter venae
ctionem opium ſuadet, ſua experientia monit
p. 239. Quatenus in catarrhalibus morbis opem ferat, doc

Ex agendi modo pulueris Doueri concludit, opium, si eo dirigatur, vt sudorem producat, inflammatorias affectiones auferre posse, vt exemplo rheumatismi acuti videmus. In statu suppuratorio morborum p. 240.
inflammatoriorum non modo admittit, sed summe necessarium censet opii vsum. Sic in variolis, quando in suppurationem tendunt, et in confluentibus maxime. In morbillis, morbo pure inflammatorio, p. 241.
reiicit. In haemorrhagiis non, nisi vbi a particulari p. 242.
irritatione nascuntur, concedit. In catarrho, vbi p. 243.
multa tussis et exigua febris adest, proficuum censet in iusto magnis dosibus. Quam parum in dysente- p. 244.
ria conueniat, monet. Maximam suam vim in spas-
modicis affectibus idiopathici generis monstrauit opium. Multa experientia testatur Auctor, in cho- p. 246.
rea St. Viti curanda summae vtilitatis fuisse. Varias p. 247.
epilepsiae causas perquirit; vbi ab irritatione quadam nascitur, regularesque accessiones habet, confert opium, vt in aura epileptica, summopere. Asthma p. 248.
spasmodicum nunquam opio perfecte curatum vidit. In secundo tantum tussis conuulsiuae (Chincough) stadio vtile reperit. In pyrosi (*waterbrash*), parum noto morbi genere, nihil, nisi opium, salutare inue-
nit. In colica spasmodica quatuor, quinque aut sex p. 249.
horas ante vsum purgantis (olei ricini), opium summo cum successu dat. Pluries, quam vulgo creditur, p. 250.
in vomitu curando opium salutare est. Si semel vomitu reiectum est, optime in anum immittitur, paucae aquae quantitati mixtum. Fere semper in
diarrhoea prodest. In vera hysteria, quae vtplurimum p. 251.
plethorica corpora afficit, et ab occasionali turgescentia systematis genitalis pendet, nullius vsus est; in caeteris vero, abusiue sic dictis, hystericis affectionibus, quae a mobilitate systematis neruosi proficiscuntur, multum iuuat. Dubiae valde vtilitatis in
mania est. Venereae lui curandae magno adiu- p. 253.

mento eſt, ſed eam per ſe nunquam curat. Non ſolum in vomitu, ſed in aliis etiam caſibus praeſtat, opium per clyſteres iniicere, ſed tunc ad minimum duplex quantitas adhibenda. In aliis caſibus contra praeſtat, per os exhibere, vt in diarrhoea et tenesmo.

p. 255. Tres gummi arabici drachmas in vnciis tribus aquae ſolutas proprium pro clyſtere opiato vehiculum ex-

p. 256. pertus eſt. Etiam cuti applicatum tam localiter quam vniuerſaliter fert opem. Emplaſtrum opiatum temporibus applicatum ſaepe odontalgiam ſubleuavit, vt et ventriculi inteſtinorumque ſpaſmos ſupra

p. 257. abdomen poſitum. Nulla pharmaceutica operatione

p. 258. opii virtutes emendantur. Acida vim eius minuunt, ſed non alterant. Emetica addita alterant opii vim

p. 259. et ad cutem determinant, vt in Doueri puluere vi-

p. 261. demus, cuius adhibendi modum fuſius docet. Doſis opii iuſta, quae ſedatiuum effectum praeſtare poteſt, pro adultis in genere granum vnum eſt, non minor. Saepe maiorem doſin neceſſariam reperit, immo multo maiorem, ſi irritamentum maius ſuperare debet.

p. 262. A modicis doſibus incipit et ad maiora pergit. In arthritide ventriculi quondam paulatim ad decem grana pro doſi bis de die aſcendit, et poſt malum debellatum eodem modo paullatim deſcendit; ſine vlla ſubſequa corporis noxa. Vbi magnum corporis irritamentum ſuperandum eſt, opii doſes permagnae facile feruntur, ſed effectus cito euaneſcit poſt octo plerumque horas; tunc itaque ad opium redeundum, ſi caſus exigit.

p. 263. *Cicuta* huius TOERKII encomia plantae, exaggerata reperta ſunt. Verum experimenta pleraque antagoniſtarum minus bene inſtituebantur et vi pro-

p. 264. bandi carent. Nec planta vera, nec iuſtum eius praeparatum vulgo adhibebatur. Extractum cicutae plerumque iners reperit, efficaciorem plantae puluerem. Sed et hic ob peruerſam ſiccandi et ſer-

vandi

randi methodum ſaepe inutilis eſt, vt exemplo pro-
bat. Efficacem cicutam in ſoluendis et diſcutiendis p. 265.
ſcirrhoſis tumoribus varii generis, maxime ſcrophu-
loſis, inuenit, item in curandis, quae huiusmodi tu-
moribus ſuperueniunt, vlceribus, ſcirrhoſitate cin-
ctis. Veri cancri dolores minuere et ſaniem corri- p. 266.
gere, immo ad ſanationem promouere eos vidit, ſed
nunquam curare. Interdum in morbo venereo ad-
iumento fuit, aliquando non. Quamquam ob ſta-
tum inertem ſaepe fallat haec planta, tamen, vbi effi-
cacem adeo ſe monſtrat, eundem morbum ſaepe
non curat, quem alias curauit. Ante effloreſcentiam p. 268.
collecta maxime efficax Ipſi videtur. Non nimis
pedetentim augenda doſis, ſi morbum debellare ve-
lis. In pultis forma optime externe adhibetur. Ve-
nenata *Cicutae viroſae* indoles tentamen cum ea non
prohibere debebat. Puluerem *Belladonnae* et infu- p. 269.
ſum magis efficacia reperit, quam extractum. In
cancro laudatur ab his, culpatur vero ab illis ipſis
etiam, qui eam efficacem alias viderunt. Idem Ipſi
viſu venit. Cancrum in labio perfecte curauit et ſcir- p. 270.
rhoſitatem mammae talem, ex qua plerumque can-
cer enaſcitur, diſcuſſit penitus. Infuſum frequenter
ariditatem et conſtrictionem faucium et adiacentium
oeſophago partium affert. Olim vt nunc *Hyoſcya* p. 271.
mus in vſum tractus eſt. In haemorrhagia nocet, vt
reliqua narcotica, niſi a particulari irritatione pro-
ficiſcatur. Gratum anodynum et ſoporiferum inue- p. 272.
nit, aptum maxime iis, quibus aluus ſtricta nocet.
Attamen expertus eſt, eam facilius, quam opium, in
maioribus doſibus delirium producere, et turbulenta
inſomnia. Ab vno aut duobus granis incipit et pro-
cedit paullatim (maxime, vt opinamur, ſi extractum
non rite praeparatum fuerit) ad decem immo ad vi-
ginti grana, ſine ſequente noxa. In maiori tantum
doſi laxatiuae vires comparent. Praeter narcoticam p. 273.

etiam valde ſtimulantem fouet *Nicotiana* qualitatem,
tam reſpectu totius corporis, quam ventriculi et in-
teſtinorum in ſpecie. Quid in puluere errhino,
quid, ſi fumum eius haurimus, aut plantam mandu-
p. 279. camus, tabacum efficiat, fuſius docet. In clyſter-
bus applicatum maiori paulo doſi, facile vomitum
creat. Ab vſu infuſi et decocti in hydrope vomitus
et vomituritiones inſequentes Eum auocarunt. In
vlceribus pertinacibus fomentationes tabacinas cum
fructu adhiberi vidit, ſed non ſine periculo reſorptio-
p. 282. nis et venenatorum in corpore effectuum. Subſtan-
tia maxime ſedatiua *Laurocerafus* eſt, et maximum
venenum. Nerueam vim deſtruit, et ſic principium
vitale exſtinguit, ſine praegreſſa vlla inflammatione
p. 284. partis, cui applicatus fuerit. In eo ab opio differt,
quod non, vt hoc, primo inducat ſommum, ſed magis
immediate in vitales functiones agere videtur, quam
in animales, ſicut canis rabidi venenum directe ma-
gis in naturales agere probabile eſt. In oleo ſtilla-
titio potentiſſima lauroceraſi vis haerere videtur.
p. 287. Eius vires nondum ſunt exploratae. Tentandus ta-
men videtur vt efficaciſſima ſubſtantia, quae nullam
topicam inflammationem excitat, et hominem per-
fecte ſanum relinquit, quando effectus praeterierunt,
p. 288. ſed maxima cautione tentandus. Minore quantitate
idem principium continent nuclei ceraſorum nigro-
rum, vt in aqua eorum deſtillata, quae infantibus
porrigitur, videmus. Idem principium flores et fo-
lia mali perſicae fouent, vt et amygdalae amarae,
cuius vires antipyreticae ex BERGIO notae ſunt.
p. 291. Nulla medicinalis datur ſubſtantia, quae tam inadul-
terata ad nos perueniat, quam *Camphora*. Contra
plane de ea circumferuntur medicorum opiniones.
Acrem quidem ſaporem habet, ingratum ſenſum in
ventriculo excitat, vlceraque irritat applicata, ſimili
p. 293. tamen non obſeruantur, ſi per ventriculum in corpus

agit, ſuis, vt videtur, effluuiis. Hic in neruos agit ſedando (larga quantitate digeſtionem impedit); deliria, conuulſiones etc. quae cauſat, ab illo inter ſedatiuam eius vim et reactionem corporis enato conflictu proficiſcuntur. Sanguiferum ſyſtema non ſtimulat, e p. 294.
contra conſtanter frequentiam pulſus minuit, vt aliorum et ſuis experimentis ſtatuit. Nonſolum nul- p. 298.
lum in genere ſtimulum exſerit nullamque inflammationem procreat in partibus cuticula circumueſtitis, ſed aufert e contra, ſi talis adeſt. In febribus neruoſis cum delirio et multa vigilia ſaepe feliciter ea vſus eſt; ſed maioribus doſibus. In hyſteria et p. 299.
hypochondriaſi non raro vtilem expertus eſt. In epilepſia multum adiumenti affert, curatam tamen ea ſola nullam vidit. Eius in mania efficaciae vnum exemplum affert, vbi ſenſim ad doſes ſexaginta granorum adſcendebatur. Nunquam doſis, quae ſemi- p. 302.
drachma maior non erat, vllam noxam corpori intulit. Mania ex organico cerebri affectu nullo medicamento curatur, nec camphora. Remouet rheumaticos dolores articulorum et muſculorum, immo arthriticos, cuius exemplum ſingulare affert, ſed tra- p. 303.
iiciuntur in aliam partem dolores. Dentium dolores p. 304.
ſedat in ore detenta et ophthalmiae medetur. Cantharidum acrimoniam non obtundit. Praeparatorum p. 306.
mercurialium (turbethi mineralis) acredinem minuit, ſi cum iis trituratur, ita vt minus purgent, nec ita facile ſaliuationem prouocent; ſed vnguento mercuriali addita camphora tale quid non praeſtitit.
Non infra viginti grana pro doſi danda; ſi breuibus p. 307.
interuallis porrigitur, minores eſſe poſſunt doſes. Hoc poſteriore modo vna vel duae drachmae intra viginti quatuor horas ingeri poſſunt. Pro ſingula doſi non vltra duos ſcrupulos ad ſummum concedit. Exhibendi modum tradit. Acetum ſaporem cam- p. 308.
phorae emendat, eamque ſtomacho gratiorem red-

p. 310. dit. Senſibilitatem neruorum deſtruit. *Thea* ſi odo-
ra eſt valde narcotica reperitur; exhilarandi et ſo-
p. 312. dandi ſcopo exhiberi poteſt. Vix efficaciam vllam
p. 314. *Croco* concedit; ſed iners et ſapidus fere fuit, quo
vſus eſt. *Alcohol* inebriat et narcotice agit, ſed val-
de dilutum aqua cordialem et exhilarantem monſtrat
p. 316. virtutem. Poſteriori vſui *Vinum* inſeruire poteſt,
pro quantitate qua hauritur, vel ſtimulans vel ſeda-
p. 317. tiuum eſſe poteſt. Perſpirationem et vrinam pro-
p. 318. vocat. Quando ſtimulantes virtutes vel per ſe vel
cum vi ſedatiua coniunctae quaeruntur, facilius et
certius obtinebis in vini quam in opii vſu.
p. 319. Cap. VII. *Refrigerantia* calorem naturalem mi-
nuere Ipſi non videntur, ſed praeternaturaliter au-
ctum, ſicque fiunt *ſedantia*. Demonſtrare hinc co-
natur, ea non *actuali*, ſed, vt nominat, *potentiali* quo-
p. 324. dam frigore (vi refrigerante) agere, attamen plerum-
que virtutibus quibusdam ſecundariis, vi laxatiua et
p. 325. diuretica. *Acida* refrigerant et ſitim ſedando et vr-
p. 326. tute quadam antizymica. Adſtringunt diluta et to-
p. 327. nica quadam facultate digeſtionem promouent. In
ſanguinem delata acida mineralia in craſſamenti ſub-
p. 328. ſtantiam non intrant, ſed ſeri pars manent. Pingue-
dini cuidam iunctum *acidum vitrioli* concentratum
ſtimulandi cauſa externe adhiberi poteſt. Si diluen-
dum eſt pro vſu interno, ſpecifica prius acidi gra-
p. 329. vitas determinetur neceſſe eſt. Dilutum aqua et
ſaccharo dulcificatum egregie ſitim exſtinguit, nau-
ſeam a putridis materiis tollit, appetitum excitat
p. 330. et digeſtionem promouet. Tutiſſime *Acidum nitri*
dilutum interne adhiberi poteſt, refrigerat et vrinam
p. 331. mouet. Ad excitandam cibi appetentiam vomitum-
que cohibendum *Salis acido* vſus eſt. Inter natiuum,
deſtillatum, et fermentatum *acidum vegetabile* diſtin-
p. 332. guit, ſed non pro vſu medicinae. In craſſamenti
ſubſtantiam intrat, refrigerat et putredini reſiſtit

ſangui-

ſanguinis, promouet etiam digeſtionem et vrinam
ciet. *Natiuum acidum* materia fermentabili ſcatens
flatulentiam interdum creat, arthriticis calculoſisque
obeſt. Acida vegetabilia e ventriculo egreſſa bili p. 333.
iunguntur et tunc aluum laxant. *Aquam picis liqui-*
dae (tar-water) inter acida deſtillata refert, quam
multoties vtilem expertus eſt in roborando ventricu- p. 334.
lo, dyſpepſia fuganda et vrina promouenda. *Acetum* p. 336.
vini. Eius deſtillatio, concentratio. Refrigerantes, p. 338.
antiſepticas, digeſtrices, adſtringentes, et diure-
ticas eius virtutes recenſet. Obeſitatem minuit. p. 341.
Omnes *ſales neutri*, exceptis iis, qui acido muria-
tico et alcali foſſili conſtant, refrigerantes ſunt. Sal p. 342.
Glauberi laxat et refrigerat potenter. Ventriculi
dolorem creat nitrum maiori doſi, ideo repetitis tan-
tum et minoribus doſibus ingerendum. Sal culinare p. 343.
ſtimulat et calefacit, immo inflammat corpus. Mix- p. 345.
turae ſalinae (ex acido vegetabili natiuo et alcali fixo)
vires refrigerantes diaphoreticas, vt et gratum eius
ſaporem extollit. Sales medios terreſtres omnes (ſed p. 347.
falſo) refrigerantes putat.

Cap. VIII. *Antiſpaſmodica*. In ſpaſmodicis effe-
ctibus, qui in irregularitate alternationis vis cerebri p. 349.
conſiſtunt, ſemper vis neruea dominatur; tetanus et
epilepſia potius animales, hyſteria naturales, palpi-
tatio vero et ſyncope vitales potiſſimum functiones
afficit; in his energia cerebri diuerſimode ſe exſerit.
Morbi ſpaſmodici vtplurimum cerebri affectiones p. 350.
ſunt, et cerebrum ſemper interuenit, vbi a rebus ex-
ternis ſpaſmi oriuntur. Sic ſpecialia ſpaſmorum ge p. 353.
nera explicare tentat. Dantur remedia, quamuis p. 355.
non ſtricte ſic dicta antiſpaſmodica, quae leuandis
his morbis apta ſunt. Ea nempe, quae praediſpo-
nentem ſpaſmorum cauſam praeuertunt, vt tonica,
quae mobilitatem corporis corrigunt, et ea, quae p. 356.
cauſam ſpaſmorum excitantem declinant, vt refrige-

rantia, ſi temporaria in vaſis cerebri turgeſcentia epilepſiam procreat. Vbi morbus affectionem cerebri tanquam primariam cauſam non agnoſcit, ſed peculiarem cuiusdam partis ſtatum, tunc propria antiſpaſmodica inutilia, immo nociua ſunt. Haecce duorum generum eſſe cenſet, ſedatiua et ſtricte ſic dicta
p. 358. antiſpaſmodica. Cur opium non inter haecce poſuerit, et quibus in morbis ſpaſmodicis nocere poſſit,
p. 359. explicat. Proprie ſic dicta antiſpaſmodica vel ea dicit, quae *foetida* appellantur, (ingratae ſenſationes ſedando agunt) vel ea, quae oleum volatiliſſimae naturae vehunt. Poſteriora impediunt et moderantur incitamentum illud, quo affectus ſpaſmodici oriuntur, atque energiae cerebri tonum et ſtabilitatem largiri videntur. *Succini* oleum plus vna vice deſtillatum efficacem medicinam Noſter expertus eſt pluries in epilepſia, hyſteria et aliis ſpaſmodicis affectibus, a decem ad triginta guttas. Emmenagogas monſtrat vires in amenorrhoea cum ſpaſmis coniuncta.
p. 362. Earundem virium et vilioris pretii, oleum ex petroleo, aſphalto etc. deſtillatum et rectificatum. Inter vmbellatarum ſemina *cuminum* virtute antiſpaſmodica eminet. Saepius in Scotia *atriplex foetida* vtiliter in vſum tracta eſt, ſed recens, nam ſiccata omnes virtutes amittit. *Rutae* vim antiſpaſmodicam tam in aqua deſtillata quam in conſeruae et extracti forma obſervauit. Determinatius in vterum agit *Sabina*, et maiori vi, quam vlla alia planta, qua vſus eſt Auctor, ſed maxime calefacit. Si ſatis recens et genuinum eſt Gummi *Aſae foetidae*, praeſtantiſſima eſt medicina. Odor eius facillime ſeſe per corpus diffundit, et per neruos penetrat expeditius, quam vllus alius odor vegetabilis. Citiſſime agit. In hyſtericis affectibus, tam per os quam per anum ingeſta, potentiſſime agentem vidit. Dyſpepſiam cum ſpaſmis coniunctam minuit, et, quoniam aluum laxat, in colica flatu-

flatulenta hyſtericorum et hypochondriacorum opem fert. In ſpaſmodico aſthmate, ſed non in pertinaci, vtilem reperit. Maiorem vim expectoran- p. 368.
tem, quam G. ammoniacum, monſtrat. In ſubſtan-
tia ob inſolubilitatem raro antiſpaſmodice agit. Ma- p. 369.
iorem noxam a calefaciente vi *G. ammoniaci*, quam vtilitatem ab expectorante vidit. Ob varietatem modo formularum, quae ſaepe in praxi requiritur, *Gal-
banum* aliquid pretii habet. Galbano *Sagapenum* p. 370.
praefert, vt viribus Aſae foetidae maxime appropinquans; ſed non tam cito, quam haec, agit. Radicem
Valerianae ſilueſtris in ſubſtantia datam ſaepe vtilem p. 372.
reperit in epilepticis, hyſtericis et aliis ſpaſmodicis affectibus. Tinctura valerianae volatilis citiſſime agit. *Oleorum eſſentialium* virtus potiſſimum in ca- p. 373.
nali alimentario ſubſiſtit. Minime calefacientia huius generis olea ſeminum vmbelliferarum ſunt, proxima verticillatarum plantarum et calidiſſima aromatum olea. *Aether* (vitriolicus) non calefacit cor- p. 375.
pus, et non in ſpaſmis modo communibus corporis aut primarum viarum, ſed etiam in ſpaſmis inflammatoriis adiumento eſt; ſic in capitis, et dentium dolore et in rheumaticis affectibus iuuat. Anodyna virtus fundamento ſatis firmo nititur. Ab acido tamen ſulphureo ſollicite liberandus eſt. Paroxyſ- p. 378.
mos epilepticos, quando praeuidere poterat Auctor, maiuſculo *Olei animalis* doſi ſaepe anteuertit. Efficacia *Moſchi* in parte volatili, eſſentiali oleo, quod in deſtillatione cum aqua transſcendit, reſidet. Optime p. 379.
in ſubſtantia datur, ſed largis doſibus a decem ad triginta grana repetitisque non per magna temporis interualla, donec morbus ſuperatus fuerit. Varia bonitas moſchi. Dignoſcit Auctor virtutem genuinam per odoris vehementiam. Moſchi vilitas doſium magnitudine non compenſatur. Efficaciſſimum et potentiſſimum deprehendit antiſpaſmodi- p. 380.

corum, quae vnquam innotuerunt. Spaſmum pharyngis periculoſum, aliis omnibus remediis reluctantem ſolo moſcho pluries fugauit. Hydrophobiae moſchi curatae exemplum Ipſi innotuit. In arthriticis affectibus pluribus pro moſchi efficaciae fidem ſuam interponit. Sic in arthritide ad ventriculum, pulmo-
p. 381. nes, aut caput delata. In maioribus doſibus a decem ad triginta grana *caſtoreum* in pluribus affectibus antiſpaſmodicum validum exiſtit. Virtus eius
p. 382. ſpiritu vini rectificato extrahi poteſt. Valde ſtimulant *ſales alcalini volatiles*, et haec vis maior in iis quam antiſpaſmodica. In debilitate energiae cerebri et inde proficiſcente cordis et arteriarum motu languido excitando efficaces ſunt, ſed effectu tranſitorio. Si acrimonia eorum ita obuoluitur vt ſine irritatione fauces tranſire valeant a decem ad viginti
p. 383. grana ingeri poſſunt. Spiritus cornu cerui in ſpaſmodicis infantum affectibus vtilis. Spiritus ſalis ammoniaci dulcis (ſpiritus vini cum alcali volatili cauſtico coniunctio) optimam variarum ſubſtantiarum foetidarum ſolutionem praebet. Alcali volatilis cauſtici, fere tantum externe adhibendi, ea eſt
p. 389. acrimonia, vt cutem facile inflammet. Sic cum pinguedine quadam miſtum, oleum (vnguentum) volatile ſiſtit in paralyſi vtiliter inungendum, vt et in doloribus rheumaticis, nulla inflammatione conſpicua ſtipatis, et colicis flatulentis mitigandis. Vna olei vncia drachmae (immo duabus) optimi ſpiritus alcalini cauſtici iungitur, ſed penitus cauſticus ſit oportet.

p. 385. *Actionem medicinarum in fluida* attractione chemica et ſimplici et electiua explicare conatur. Quan-
p. 387 do exigua medicamenti doſis magnum edit effectum,
p. 388. tunc vel recta in ſyſtema neruoſum agit, vel vt fermentum ſe gerit.

p. 389. Cap. IX. *Diluentia*. Sanguinis fluiditas duobus modis augetur vel augendo proportionem fluidi in eo

eo (per *Diluentia*) vel diminuendo partium eius reliquarum cohaeſionem (per *Attenuantia*). Diluens nullum datur niſi *Aqua*, cuius dotes fuſius exponit.

Cap. X. *Attenuantia*. Medicinarum, quae vel mechanice vel chemice praeternaturalem humorum ſpiſſitudinem corrigere valeant, vanitatem demonſtrare quidem conatur, ſed tamen putat, vbi concretiones eiusmodi exiſtunt, quaedam remedia adhibenda eſſe, quibus talis effectus adſcribitur. *Aquam* inter ea primo loco ponit. *Alcalina* gluten non ſolvunt; nec *ſales neutri*. Intima illa alcali et olei mixtio, quae *Sapo* appellatur, facillime ab acidis decomponitur, ſicque acidum ſemper (?) in ventriculo ſano obuium aufert, leui negotio. Viſciditates in corpore humano reſoluere vix credit. Sapo aluum non (?) laxat, niſi ſal culinare in eo adſit; ſic etiam de ſapone per clyſterem iniecto iudicat. Soluendi vis eius in ſanguinem parui ab A. putatur momenti. Concretiones biliares non ſoluit; in aurigine falſo laudatur. Vtilem tamen calculoſis et arthriticis cenſet. Ad obſtructiones varias ſuperficiei corporis ſoluendas ſapo cum frictione inunctus multum facit, maxime ſi camphora aut olea eſſentialia adiecta fuerint. De differentia ſanguinis phytiuororum et carniuororum animalium quaedam diſſerit. *Saccharum* mitis ſubſtantia ſalina facile per excretiones tranſit et eas promouere videtur; aluum laxat tam per os quam per anum ingeſtum. Colicae, quae vſum *mellis* interdum ſequuntur, auertuntur, ſi prius coctum fuerit. Mellis qualitates cum ſacchari natura conueniunt. A largo prioris vſu leuamen aſthmaticis obtigiſſe, audiuit. *Glycyrrhizae*, in vniuerſum cum ſacchari natura conuenientis, amaror nauſeoſus coctione tantum longa extrahitur. Sitim, quam caetera dulcia mouent, ideo tollit, quod maſticata haec radix acredine ſua ſaliuam excitat.

p. 395. p. 397. p. 398. p. 399. p. 400. p. 401. p. 402. p. 403. p. 405. p. 406. p. 407.

Cap.

p. 408. Cap. XI. *Inſpiſſantia* nulla eſſe cenſet.

p. 410. Cap. XII. *Demulcentia* ea ſunt, quae impedimenta vel remouent actionem rerum acrium aut ſtimulantium in ſenſibiles corporis partes, non mutando earum naturam, ſed inuoluendo ipſa miti ſua et lubrica materia. In forma concentrata eſſe debent nec va-

p. 411. de diluta. Cito in ventriculo diluuntur, vel digeſtione mutantur, ita vt in ſanguinem nulla vi demulcente agere poſſint, nec mucilaginoſa et dulcia, nec

p. 412. adeo oleoſa. Tuſſim ſedant dum deglutita acrimoniam in glottide et adiacentibus partibus haerentem

p. 413. obuoluunt. Magnam mucilaginis copiam *Symphyti* radix largitur et in diarrhoea et dyſenteria opem

p. 414. ferre poteſt. *Gummi arabici* ſuccedaneum *gummi tragacanthi* eſſe cenſet. Nec in ſanguine nec in excretionibus vnquam demulcentem gummi arabici virtu-

p. 415. tem obſeruauit. Inter mucilaginoſa animalia *Ichthyocollam* praecipuum cenſet, et talem eius vim in canali alimentario concedit, ſed non vltra.

p. 418. Cap. XIII. *Antacida*. Et in ſecundas vias acidum tranſire, ibique ſubſiſtere ſibi perſuadet; alcalina et antacida maximum in multis calculoſis affectibus adiumenti afferunt, non tamen calculum vi ſoluente,

p. 419. quam negat. *Cretam* et *Teſtacea* aptiſſima cenſet corrigendo acido primarum viarum, vel magna copia ingeſta; hac ratione interdum diarrhoeae medentur.

p. 420. *Magneſia*. *Aquam calcis viuae* efficacem in doloribus a calculo reperit. Haec tamen (vt caetera alcalina) ad id propoſitum ſatis magna quantitate ingeri debet.

p. 421. Sapo variis de cauſis in larga copia dari nequit. Alcali fixum ideo acido aereo vult ſaturetur, quo eius acrimonia obtundatur.

p. 423. Cap. XIV. *Antalcalina*. Eorum meminit modo in gratiam doctrinae Boerhaauianae. Non requiruntur, niſi vbi antidotum deglutitorum ſalium lixiuioſorum neceſſe ſit.

Cap.

Cap. XV. *Antiſeptica.* Plenaria putrefactio non morbus viui corporis eſt, ſed tantum diſpoſitio ad eam, cui moderandae et corrigendae antiſeptica conueniunt. Diatheſin putridam in acutam et chronicam diſpeſcit; illam febris putridae varia genera, hanc ſcorbutum dicit. *Sales acidi* minerales in ſcorbuto non vtiles ſunt. In febre putrida acidum vegetabile fermentatum, in ſcorbuto natiuum potiſſimum conducit. *Sales medios* in ſcorbuto nociuos putat. Cum *olera acteſcentia* copioſiſſime vt alimentum ſumi poſſint, efficaciſſimum praebent antiſcorbuticum. *Sacchari*, *mellis* et maxime *infuſi malti* vſus praeſtans in ſcorbuto. Etſi plantae ſiliquoſae et alliaceae exiguam vim antiſepticam oſtendunt, tamen antiſcorbutica optima ſunt. *Camphoram* in omnibus febribus putridis largiter propinandam eſſe cenſet. Copioſus liquorum fermentatorum, ſed dilutorum vſus, certiſſimum auxilium in ſcorbuto. p. 424. p. 425. p. 428. p. 430. p. 432.

Cap. XVI. *Errhina* exonerant folliculos mucoſos membranae Schneiderianae vel ſine, vel cum ſternutatione, quae quidem ob concuſſionem, quam excitat, particulares edit effectus. Sed illa euacuatio longe latius patet interdum: affluxus humorum ex vaſis vicinis et eorum exoneratio quaedam promouetur, et rheumaticae diſſipantur congeſtiones in muſculis propinquis, praecipue quibus dentium dolor ſaepe nititur. Sed nec hic eorum effectus ſubſiſtit; capitis dolores, otalgias, ophthalmias etc. errhinorum vſu vel ſubleuauit vel curauit. In apoplexia attendendum, an nares exaruerint, atque tunc muci effluxus reſtituendus. *Aſarum* inter vtiliſſima recenſet errhina. Ad pauca grana per plures ſucceſſiue dies veſperi datum, largiſſimas mouet euacuationes e naribus, per aliquot dies continuantes. Plurimum auxilii attulit in dentium dolore et ophthalmia. *Nicotiana* inadſuetis commodum praebet errhinum, p. 435. p. 436. p. 437. p. 438.

num, nunquam violentum in moderata doſi. Non ſine maximis noxis a puluere naſali tabacino deſuescimus, ſi conſuetudo longa praeceſſerit. Euphorbium (vel minima doſi) praeter internam naſi faciem ſaepe omnes partes adiacentes, totum caput etc. inflammat; non raro haemorrhagiae accedunt.

p. 439. Quando vires aſari augere et durabiliores reddere voluit, hellebori albi granum vnum vni drachmae puluveris ſternutatorii addidit.

p. 441. Cap. XVII. *Sialagoga.* Quando acris quaedam ſubſtantia, ſenſibilibus oris interni partibus applicatur, a natura prouiſum eſt, vt larga ſaliuae et mucoſi profluuio abluatur. Hunc praeprimis effectum habent *maſticatoria*. Sed hoc pacto affluxu humorum ex vicinis partibus ſollicitato etiam rheumaticae congeſtiones vt odontalgia, immo aliae congeſtiones aut inflammatoriae diſpoſitiones in omni parte, quae carotides externae errant, remouentur. *Angelicam* mite et gratum, *imperatoriam* acrius, *pyrethrum* vero longe acrius maſticatorium cenſet. Attamen frustulum *raphani ruſticani*, in ore detentum et aliquamdiu

p. 442. dentibus arroſum, efficaciſſimum omnium putat. Interne aſſumtus ſaliuam promouet *Hydrargyrus* metallica forma vel largiſſime ingeſtum nihil in corpore effecit. Omnium organorum excretoriorum ſimulum ſe praebet, atque ita maxime vniuerſale ape-

p. 446. riens et deobſtruens nominandus. Ex mercurii ſingulari diſpoſitione cum ſalibus ammoniacis ſolu-

p. 449. vniendi, ſaliuationis proceſſum explicare tentat. Antidotum veneni venerei non eſſe mercurium, ſed hunc morbum ita curare, vt excretiones omnes cor-

p. 451. poris excitet, atque per eas venenum expellat. Saliuationem non ſufficere ad luem ſyphiliticam curandam.

p. 455. Cap. XVIII. *Expectorantia* exitum contentorum in cauitate pulmonum facilitant, quod non niſi mo-

p. 456. diante leuiori vel fortiori tuſſi fieri poteſt. Vbi mucus vili-

viſcidior in folliculis ſecernitur, qui non facile ſepa-
retur, expectorantia requiruntur. Tuſſim excitant
ſola emetica et muci ſecretionem in pulmonibus ni-
miam ea minuunt, quae perſpirationem ſuperficiei
corporis augent. Expectorantia propria probabili- p. 458.
ter ſecretionem in bronchiis peculiariter promouent,
forſan et perſpirationem vt totius corporis, ſic inter-
nae ſuperficiei corporis excitant, atque ita affluxu
tenuiorum humorum mucus fluidior ſecernitur, faci-
lius iam expectorandus. *Tuſſilaginem* interdum cum p. 460.
ſucceſſu in ſcrophula adhibuit. Ad aliquot vncias
quotidie propinatus ſuccus expreſſus vlcera ſcro-
phuloſa curauit. *Scilla* excretoria ſtimulat; pro vi
expectorante tam paruis doſibus dari debet vt ſtoma-
chum et inteſtina non moueat. Niſi diuretice agat, p. 461.
expectorando acturam eſſe non expectandum eſt.
Sicca vtendum.

Cap. XIX. *Emetica.* Frequens nimis vomitus ven- p. 463.
triculum minus aptum reddit ad alimenta retinenda et
ipſam digeſtionis vim debilitat. Indicationes eme- p. 464.
ticorum et contraindicationes. Euacuant ventri- p. 466.
culum et duodenum et veſiculam felleam, atque ſic
ſyſtema venae portarum et hepar concutiunt, ſtagna- p. 468.
tionesque varias remouent in omnibus adeo abdo-
minis viſceribus. Et expectorationem eadem ma-
chinatione promouent. Diaphoreſin augent. Mino- p. 469.
res, nauſeam tantum creantes, emeticorum doſes
diuturniorem effectum praeſtant, perſpirationem
cient efficacius et febres pellunt. Eorum vis in
vltimate, in haemoptyſi. Impletio ventriculi larga p. 470.
cuiusuis fluidi copia maxime aquae tepidae vomitum p. 472.
creat, et qua ratione, exponit. *Aſarum* infra doſin vigin-
tigranorum blandum ſatis effectum praeſtat, ad eos-
dem fere vſus vt ipecacuanha. *Erigero* vtitur plebs p. 474.
in Scotia pro forti emetico. *Ipecacuanhae* virtutes
in cortice tantum reſident. Certiſſimum praebet
eme-

p. 476. emeticum vel doſibus vnius grani interdum; ſed communiter ad grana quinque adſcendere debemus, decem vero grana, ſi adhibemus, de effectu certiores ſumus. Attamen repetitos et validos vomitus, vt larga doſi datum, non creat. Si emeſin non perfic-
p. 477. pylorum tranſit et aluum mouet. Non niſi quando aluum laxat, in dyſenteria prodeſt. Aliquot doſes (ad gr. 5.), ſolummodo pro nauſea excitanda datas, ſa-
p. 479. bribus intermittentibus mederi vidit. *Scilla* diuretico effectus non edit, niſi prius nauſeam excitaverit.
p. 480. *Vitriolum coeruleum* impetuoſos nec facile coercibiles exercet effectus, quando ad emeſin doſis fa-
p. 481. magna datur. *Vitriolum zinci* citiſſime quidem operatur, ſed vomitum et nauſeam diuturniorem ex-
p. 482. tat, quam neceſſe eſt. De *antimonio* eiusque pra-
p. 485. paratis praecipuis agit fuſius. Antimonialia magis continuatas et pleniores vomitiones cient quam ipecacuanha, potenter magis euacuant ventriculum et veſicam felleam, concutiendo vehementius hepar et
p. 487. abdominalia viſcera. *Kermes mineralis* et conſtantioris bonitatis et maioris efficaciae eſt, quam *ſulphur auratum*.

p. 493. Cap. XX. *Cathartica*. Refrigerantia et mitiora (*Laxantia*), et inflammantia ſeu acriora (*Purgantia*)
p. 496. diſtinguit. Indicationes et contraindicationes vi-
p. 499. catharticorum et eorum operatio in inteſtinis. Effe-
p. 503. ctus eorum in reliquum corpus iam exponit. Applicatio emplaſtrorum vel inunctio vnguentorum ca-
p. 504. tharticorum rurſus in vſum trahenda et tentanda eſſet. *Laxantia*. *Fructus acido-dulces recentes* quo plus ſacchari fouent, eo magis laxant aluum; quando tanta copia aſſumuntur, vt in duodenum tranſgreſſi aciditate ſua bilem ſuperſaturent, mixtio haec pla-
p. 505. rumque purgat inteſtina. Paulo minus hoc praeſtant
p. 506. *fructus ſiccati*. Pulpa prunorum easdem oſtendit
p. 507. vires ac pulpa *Caſſiae*. Laxat ſatis *pulpa tamarindo-*
rum,

ſed efficacius, ſi dulcibus laxantibus iungitur.
laxans bonum *lac ebutyratum* largitur potum. *Man-* p. 509.
a ſaccharo non differre (falſo) putat. Salium
entium vires ea intendit. *Alcali fixum* parum laxare p. 511.
dit, vrinam vero ciere, frequenter obſeruauit, ma-
ri doſi adhibitum. *Cremor tartari* in doſi infra p. 513.
miunciam moderate laxat, ſed ſupra vnciam datus
aepe potenter mouet aluum. Abſorbentia vaſa in-
ſtinorum valide emulget, atque ideo in hydrope
ibus fit. Copioſiſſime non raro vrinam mouet, ma-
ime ſi larga aquae copia ſuperbibitur. Commo- p. 514.
um laxans *Sal polychreſtum* ab vna ad quatuor drach-
as. Viribus non differre *Sal Glauberi* ab *Ebsha-*
ſ. Optat, vt frequentiſſime adhibeatur *Sal rupel-* p. 515.
ſe vt bonum laxans ad omnes ſcopos et non in-
grati ſaporis. *Aquae minerales* non tam propter ſa- p. 516.
linas in ipſis partes, quam propter largam aquae co-
piam inteſtina ſtimulant. Vidit hominem frequen- p. 517.
er vtentem laxante mixtura ex ſemiuncia vel vncia
amarindorum et vna *olei amygdalarum* dulcium; ex-
pectationi reſpondit, ſed pulpa per ſe nihil praeſtitit.
Quatuor vncias *butyri recentis* mane aſſumti conſtan-
er laxare vidit. *Saponem* non laxare, niſi ſal culi- p. 518.
are in eo ſit, ſibi perſuaſum habet (falſo). Semel fere
ed conſtanter aluum aperit ſemidrachma aut drach-
a *florum ſulphuris*, nec corpus calefacit, nec tormi- p. 519.
a excitat. Niſi odorem ſpargeret ſulphureum, qui-
usdam ingratum, conuenientiſſimum et iucundiſſi-
mum praeberet laxatiuum. *Sinapeos ſemina* integra p. 520.
ſemel de die ad ſemiunciam ingeſta regulariter al-
um apertam conſeruant. Diureticam vim oſten-
dunt. Concentratum *Chamomillae* infuſum aut
drachmam florum eiusdem cum ſucceſſu pro laxante
adhiberi vidit. *Bilem* animalium nunquam laxare p. 521.
vidit. *Purgantia*. Succotrinam *Aloen* barbadenſi p. 524.
(hepaticae) non praeſtare, docet. Nihil niſi ecco-

p. 525. proticum mite eſt Aloe, et in doſi vnius aut duorum
granorum, et ſic in decies maiori. Sin maioribus doſi-
bus aluum liquidam reddere volumus et param agi-
p. 526. et tormina maxima affert. Ante decimam vel duo-
decimam poſt aſſumtionem horam vix et nonniſi in
craſſa inteſtina et rectum inprimis agere videtur.
Emmenagogas virtutes ab eius actione in inteſtinum
p. 527. rectum proficiſci, probabile eſt. Tam conuenienter
agit in ſubſtantia quam ſoluta. Lene et nimis leue
p. 529. interdum purgans eſt *rhabarbarum*, cum ſemidrach-
ma, imo drachma, voluminoſa doſis, adultis neceſſa-
ſit. Ob amaritudinem, quam fouet, et a ſtomacho
facilius fertur et ventriculum roborat; in diarrhoea
p. 530. nocet vi adſtringente. Rhei radix maſticata aluum
p. 532. bene liberam ſeruat. In *Polygala ſeneka* vis pur-
gans maxime obuia eſt, ſi a viginti ad quadraginta
grana datur; ſed facile vomitum ciet, quod a deco-
p. 533. ctione rarius obſeruatur. Vncia radicis in vna et
dimidia aquae libra ad ſemilibrae conſumtionem co-
quitur et huius decocti vnum aut duo cochlearia
quauis hora dantur, donec purget ter, quater aut
plures, quod fit poſt ſex vel ſeptem doſes, et quoti-
die aut quauis altera die repetitur haec enchireſis,
donec morbus ſuperatus eſt. Cum purgatiua com-
muniter etiam diureticam manifeſtat vim et poſt lar-
gam doſin copioſum prouocat ſudorem. Interdum
in rheumatiſmo ſudorem excitando opem tuliſſe vi-
dit. Hydropes aliquos curauit modo ſupra dicto;
in pluribus ſpem fefellit nauſeoſum medicamentum.
p. 534. Aliquos etiam hydropes decocto *geniſtae* ſummita-
tum fugauit, ita vt harum vncia in aquae libra ad
dimidiae partis conſumtionem coqueretur, et quauis
hora duo cochlearia propinarentur, vſque dum aluus
et vrina mouebatur. *Oleum Ricini* inter commo-
p. 535. diſſima purgantia pertinet. Citius poſt aſſumtionem
operatur, quam cetera omnia, intra duas, tres horas;
ſero

fere ſine torminibus moderate agit et vnam, duas, tres ſedes efficit. In alui conſtrictione, in colica ſpaſmodica et ſaturnina certiſſimum remedium repe-
ritur. Cum inteſtinum rectum non irritet, in hae- p. 536.
morrhoidibus conducit. Semiuncia generaliter ſuf-
ficit, ſed vncia aliquando neceſſe eſt, et maior doſis
non nocet. Quo pluries eius vſus repetitur, eo mi-
nus ad effectum praeſtandum requiritur. Nauſeam
tamen interdum mouet, quam tamen pauculum ſpi-
ritus vini aut tinecturae ialappae additum minuit.
Rancíditas olei purganti virtuti non obeſt. *Senna* p. 537.
voluminoſa doſi ſumenda, et multa tormina mouet,
at certum eſt purgans, nec vehemens. Coriandri ſe-
mina odorem et ſaporem ſennae bene obuoluunt.
Conſtanter eiusdem virtutis et certioris efficaciae p. 539.
Ialappa eſt. Optime cum dura quadam ſubſtantia, p. 540.
v.c. cryſtallis tartari trituratur ante exhibitionem,
tunc et minore doſi agit et ſine torminibus. Cum
calomela maxime draſtica ſit et tamen inter draſtica
tutiſſimum manet. In exigua doſi operatur *Scam-* p. 541.
monium, nec tamen violenter. *Guttae gummi* ſum- p. 542.
mo cum ſucceſſu ſic adhibuit, vt, quoniam citius
agit, quam cetera purgantia, omni tertia hora tria
vel quatuor grana, cum ſaccharo trita, propinaret;
tres vel quatuor ſic repetitae doſes ſine vomitu aut
torminibus maxime euacuarunt.

Cap. XXI. *Diuretica* vrinae ſecretionem promo- p. 545.
vent vel augendo aquoſam ſanguinis partem vel ſti-
mulum ipſi addendo, qui renes excitet, vel (pag. 556.)
generali quadam in totum corpus actione. Quam
neceſſe ſit dilutio ſanguinis, ſi vrinam mouere veli-
mus, fuſius docet. Pro potu non aquam puram, p. 548.
ſed ſemper cum ſalinis ſubſtantiis, maxime cum aci-
dis vegetabilibus mixtam propinat. Huic ſcopo et p. 549.
liquores fermentati diluti et ipſe ſpiritus vini valde
dilutus egregie conueniunt. Quando obſeruatur

quantitas vrinae emiſſae fere aequalis eſſe quantitati
potus aſſumti, tunc hydropico tutiſſime tantum,
p. 550. quantum lubet, bibendum damus. Diureticorum
propinatio cum iiuncta a potulentis abſtinentia,
p. 554. abſurda eſt praxis. *Dulcamara.* Stipitum teneriorum quaedam partes valde acres, quaedam fere inertes ſunt; in rheumatiſmo curando aliquando vtilis
p. 555. fuit eorum decoctio. *Digitalis* pulſus minuit frequentiam. *Scillae* vniuerſalis ferme omnium excre-
p. 556. toriorum organorum vis ſtimulans explicat, vnde
p. 557. virtus eius diuretica, quam vt obtineamus, neceſſe eſt, vt exiguis doſibus iuſto repetitis interuallo, vel opio iunctis, propinetur, vt emetica et purgans ipſius actio impediatur. Recens facilius ſtomachum mo-
p. 558. vet, quam ſiccata. Nec nimis ſiccetur, nec aperta vaſis ſeruetur, ſi efficacem optamus. Doſes ſucceſſu temporis paullatim augeantur et interualla pro repetitione minora reddantur; ſi doſes iam maiores pau-
p. 560. lo factae ſunt, opium addendum. *Allium* recens devoratum fere ſemper diuretice agit et hydropis curam adiuuat. *Cantharides* in veſicae collum quidem,
p. 564. ſed vix in renes agere videntur. *Acida vegetabilia* ſatis diluta potum iucundum diureticum praebent.
p. 568. *Salia neutra* quo minus laxant, eo magis vrinam provocant, ideoque paruis et repetitis doſibus ingerenda; attamen non validum oſtendunt effectum diu-
p. 569. reticum. Diureticum potens interdum reperit ſal *alkali fixum*, ſed ſaepe non; opio vtiliter iungitur.
p. 571. Cap. XXII. *Diaphoretica* gradu tantum differunt a *ſudoriferis*. Vel ea ſunt, quae ſanguinis impetum augent, vel ea, quae extremorum vaſorum in ſuperficie corporis actionem excitant. Externe applicatus calor vel ſolus ſudorem mouet et accedere de-
p. 574. bet, ſi a diaphoreticis iuſtum effectum obſeruare volumus, id quod vel calore aëris ſicco, vel balneo calido, vel ſtragulis efficiendum eſt. Potus calidus

largus

largus magnum ſudoris adiumentum. Indicationes et contraindicationes diaphoreticorum. *Alcali* volatile in moderata doſi regimen ſudorificum bene adiuuat, idem de vino et alcohole dicendum; ſed facile in effectu modum excedunt. Diaphoreticis ſtimulum addunt olea eſſentialia et aromata, e quibus eliciuntur. Inter diaphoretica *guaiacum* eminet et vaſa exhalantia plus, quam cor et arterias, ſtimulare videtur. De vi ſudorifera potus aquae frigidae. Acida vegetabilia et ſerum lactis cum iis praeparatum, efficaciter ſudorem mouent. *Antimonii* praeparata, quo plus in ventriculum agunt, eo magis diaphoreſin excitant, inprimis doſes ad nauſeam. In rheumatiſmo vel alio morbo inflammatorio recte cum opio propinantur. *Opium* omnia celebrata ſudorifera iuuat. *Moſchus* larga doſi datus fere ſemper ſomnum et ſeque certe ſudorem profuſum inducit. p. 575. p. 580. p. 581. p. 582. p. 583. p. 584.

Cap. XXIII. *Emmenagoga* fallaciſſimum medicamentum genus. Poſt ſucceſſiuam corporis euolutionem certa vitae periodo vteri vaſa dilatantur implenturque; haec congeſtio in cauſa eſt, vt ad fortiorem actionem impellantur, qua extremitates eorum vi aperiuntur et ſanguinem emittunt. Haemorrhagia actiua eſt, quae oeconomiae corporis legibus certo temporis interuallo ad reditum diſponitur, et poſt aliquas repetitiones conſuetudinis vi ad regulares periodos cogitur. Haec eſt Auctoris de menſtruatione hypotheſis. Defectus ipſius vel *retentio* eſt, ſi conſueta ſemi aetate incipere negat, vel *ſuppreſſio*, ſi certis cauſis impeditur redire, quae iam fluere conſueuerat; priorem a debilitate, poſteriorem a conſtrictione extremitatum vaſorum vterinorum proficiſci credit. *Caſtorei* vires emmenagogas laudat. *Ferrum* in retentione menſium vtile cenſet, vtpote ſtipata vtplurimum cum debilitate totius corporis. Suppreſſiones quasdam menſtrui fluxus *mercurii* vſu remouit. p. 587. p. 588. p. 589. p. 590.

II.

Diſſertation ſur l'extraction des corps étrangers des plaies, et ſpecialement de celles faites par armes à feu, avec la deſcription et les figures des pluſieurs inſtruments nouvellement imaginés, pour rendre cette opération plus facile et plus ſûre, par Mr. THOMASSIN, Chirurgien major de l'hopital royal et militaire du neuf Briſach, maître en chirurgie de la ville de Dôle, membre de pluſieurs academies. Strasbourg, 1788. pag. 116. et XIV. pref. et dedic.

i. e.

Diſſertatio de extractione corporum peregrinorum ex vulneribus, et inprimis iis ſclopetorum, cum deſcriptione et figuris variorum ad hanc operationem faciliorem tutioremque reddendam nouiter inuentorum inſtrumentorum, auctore THOMASSINO.

p. 2. Indicatis ſcriptoribus de chirurgia vulnerum ſclopetorum perluſtrantur in prima ſectione corpora
p. 9. vel acuta, vel obtuſa in vulnerato corpore permanentia quoad variam eorum naturam et ſymptomata,
p. 11. quae pariant. Inflammationem a feſtucis ligneis
p. 14. quaſi chronicam eſſe; GERARDVM, digitali apicem cultri, qui per veram quandam coſtam ſex lineas in pectus penetrauerat, feliciter extrahentem, ob pleuram, diametro digitalis certe octo lineas aequante
p. 15. magis laeſam, non imitandum eſſe contendit Cl. Auctor, ſe potius aperturam ſub laeſa coſta facturum, et tentaturum fuiſſe, an apicem cultri in rimam in extremo eleuatorii tota manu, cuius pollex ſimul in coſtam
p. 16. fultus, applicati propellere potuerit. Sic et MAJAVL-

vii filii audaciam in ferro ſagittae, quod vndecim per annos in cerebro haeſerat, extrahendo reprehendendam, in tali caſu potius opus eſſe forcipe, cuius apex cauum ferri (*la douille*) intrare, idque dentibus limae in forcipis extremo conſtitutis mediantibus figere poſſit. Non rubiginem, ſed maiorem inaequalitatem ferreos globos plumbeis, ſphaericam ſuam figuram variis de cauſis mutantibus, nocentiores reddere. In ſecunda ſectione indicationes curatoriae variis accommodantur caſibus. Iuſtum corpora peregrina extrahendi tempus recte definitur, HEISTERO non rite diſtinguente; dilatatio vulneris iure commendatur; BILGVERVS, globos in oſſium articulationibus relinquens, refutatur. Obſeruata de calculis vrinariis ſuper corporibus peregrinis, quae in veſica relicta erant, formatis in noua auctiori editione *obſeruationum iatrochirurgicarum* COUILLARDI promittuntur; fiſtuloſus vulnerum ſtatus, continuusque puris cumulus, relicta corpora indicare dicuntur; *contraapertura* in variis caſibus, v. c. globis in cranii, pectoris, abdominis cauis haerentibus, neceſſaria ac vtilis; in oſſibus tamen, quae minus obtecta, tantum ſuſcipiendi iudicatur; in aliis potius apertura a globo facta dilatanda. A ſclopeto minuto tempore dextro pone orbitam minorem percuſſo, iuxta canthum ſiniſtrae orbitae externum tumorem repertum, quo inciſo fragmentum dextri oſſis zygomatici vnum pollicem longum et quinque lineas latum, poſt hoc quadrangularem ſedecim lineas longam, quinque latam, duas craſſam ferri partem, per vtramque aperturam diuerſa fragmenta, inprimis partem ferri in ſe conuolutam nucis auellanae minoris magnitudine, ſub dextro ſupercilio haerentem, extractam fuiſſe. In tertia ſectione examinantur inſtrumenta hucuſque ad extractionem adhibita. Horum vſum ex ſolo Planis de Campy loco addiſcendum; num ea cuncta, vere

p. 17.
p. 22.
p. 26.
p. 28.
32.
p. 30.
p. 35.
p. 36.
p. 39.
p. 43.
p. 44.
p. 46.
p. 63.
p. 62.

p. 65. vere applicata, adhuc dubium; mirum, quod
p. 61. RANDVS ea vtilia cenſeat; ea valde damnari ab
BROSIO PAREO, contra aperturam, cuius vti et
tionis vtilitas veteribus ignota, nimiis efferentis
p. 50. dibus. A Cl. Auctore plane reiiciuntur *forceps*
p. 51. *caua*, firmius globos licet capiens, et *vnci* MAGGII;
Eiusdem *roſtrum coruinum*, vt et *vtrumque*
p. 53. quod nimis longum et tenue, inſtrumenta ALPHON-
p. 54. SI FERRII et RAVATONI, cum alio hisce ſimili; *for-*
p. 56. *ceps vaginata* PETITI; *roſtrum lacerti* et
p. 58. PAREO et DESCHAMPIO depicta; inſtrumentum
terebram cum forcipe coniunctam rèferens, a SCVLTE-
p. 60. TO depictum; *vncus* BOTALLI; qui, vti *ſpecillum*
nulare ALPHONSI FERRII, ad lapidilla (*cur-*
tes) pertineat; omnia inſtrumenta, globo extrahen-
p. 66. do deſtinata (*tire-balles*), velut in genere nimis lo-
p. 51. ga. MAGGIVM vſum forcipis ſuae, illis obſtetricum
ſimilis non diſtincte explicare, videri tamen vnum
eius brachium lapidilli ad inſtar, alterum vero non
p. 52. niſi hoc inſufficiente applicatum; et mirum, nullum
ſimiles forcipes commendantium illius MAGGII men-
tionem feciſſe. Inſtrumenta quodammodo retinen-
p. 49. da haec ſunt: *forceps anſerina* MAGGII, a GUILLE-
MEAU et HEISTERO imperfecte depicta, cum *roſtro*
p. 72. *anatis* PAREI optime conueniens, a Cel. Auctore
Tab. I. breuior reddita, et ita mutata, vt eius brachia poſte-
fig. 3. riora pene parallela, annuli extrorſum ducti, iunctum
epitonio, cui caput in acetabulo quaſi abſconditum
p. 73. (*nouè*), mediante facta pene in medio inſtrumenti, inter
poſteriora et anteriora brachia, ne ſe tangant, ſpatium
dimidiae lineae, cochlearia mediocriter magna, parum
oualia, polita, anterius ſpecillo capitato (*boutons*)
ſimilia, vix quartam partem capientia globi tantae
magnitudinis, vt duodeuiginti libram aequent,
ipſaque forceps ſpecilli locum habere queat.
p. 75. (Forcipem ſimilem, cuius brachia tamen aliter
iuncta, ſeparatim, licet difficulter, applicanda, quia in
initi

initio vſus, poſtea neglexit, omne, cuius partes ſeorſim applicandae ſint, inſtrumentum noxium agnoſcens). p. 55.
Forceps HVNTERO *adſcripta*, paruulis tamen fragmen- p. 87.
tis ex inueteratis fiſtuloſisque vulneribus extrahendis tantum apta: *terebra* veterum, a FABRICIO HILDA- p. 57.
no correcta, ſi duabus tertiis breuior redditur, aliquantum vtilis: lapidilla denique, a Gallis *curettes* p. 59.
dicta, forcipibus, quae in ſola anguloſorum et irregu- p. 86.
larium corporum extractione praeferendae, praeſtantiora. Quae quidem pro diuerſis corporibus diuerſa eſſe debent, et, vti ex quarta et vltima ſectione, in qua p. 69.
inſtrumenta abſolute neceſſaria, regulaeque in eorum vſu obſeruandae exponuntur, apparet, ob nimis leuem cochlearis eorum curuaturam a Cel. Auctore emendata ſunt. Vocat iſtud inſtrumentum, in cada- p. 83.
veribus multis comprobatum, quod et in extractione globi, inter tendines, tum non ſecandos, haerentis, for- p. 85.
tetile, et hic, quomodo globum talem, quales quinde- Tab. I.
cim libram aequant, capiat, depictum, *lapidillum globi-* fig. 5.
ſorum (*curettetire-balle*). Compoſitum eſt ex duobus p. 81.
brachiis, quorum cum dimidio alterum, quaſi corpus inſtrumenti, ſeptem pollices longum, inſtructum coch- fig. 8.
leari ouali, profundo et curuo, poſteriusque duobus an- p. 82.
nulis: in huius cauum inſeritur brachium alterum, an- fig. 7.
nulo ſuo excepto eiusdem longitudinis, cuius apex, ſimilis caeſtro acuto, vel roſtro tibiae, cochleari alterius brachii accurate reſpondet, et globo in hoc figendo inſeruit; in inferiori huius brachii extremo decem ſunt lineae pro volumine globi aeſtumando, idque pro lubitu ac neceſſitate epitonio mediante firmari poteſt. Vtiturus in extractione globorum profunde caua corporis ingreſſorum, v. c. pectoris, in cuius fundo ſi hae- p. 94.
rent, ex oppoſito contraaperturae in directa cum diaphragmate linea faciendae latere extrahendi, tum vero primum in cochleari figendi, cum interſtitia coſtarum, a ſe, quantum fieri poſſit, ſeiungendarum,

p. 98. tranſeant. Commendat et in extractione globi pe-
vim per os ileum fractum tranſgreſſi, quae ſaepe in
p. 69. poſſibilis. Ad globos aliaque corpora ex oſſibus
fig. 1. extrahenda inuenit forcipem, cuius brachia forti-
viter vnita, cornua breuia, ex bono chalybe pun-
fig. 2. intus limae dentes et inciſuram pro capiendis corpo-
p. 70. bus habentia, in cuiusque vſu corpus peregrinum
ſaepe ſcalpro cauo, vel trepano perforante dene-
dandum, vel, ſi totum aut ex parte cauum quid il-
p. 71. pſum, vecte per contraaperturam ſtatim illato expel-
p. 76. lendum. Sin autem globi, ex oſſibus, v. c. tarſi, cu-
89 91. nii, vertebris, coſtis, ſterno, extremo tibiae inferiori,
articulationibus, viſceribusque nobilibus extrahendi,
exigua tantum parte prehendi queant, adhibeatur
Tab. I. forceps annulata, cuius extrema acuta, leuiterque
fig. 4. intus curua, in clauſa forcipe ſe non tangentia, et
p. 78. bono chalybe paranda, quae praeſtat ſimili illa vote-
GLASSII. Ea vero inſufficiente globus lata trepani
corona inuoluendus, vel ſi id fieri nequeat, oſſe a glo-
p. 79. bi latere trepano perforante perforato vectis ſub
globo inferendus. Volſellae ad vulnera liganda (pin-
ces pour les panſemens), ſi ad LOMBARDI exemplum
earum extremis paruula oblonga cochlearia dantur, ad
diuerſa extrahenda etiam vtiles. Reprehenditur CA-
p. 69. CAT, quod pyrobolo per patellam ad poſterius fe-
mur traiecto, ibique iuxta vaſa cruralia haerente fe-
mur amputauerit, dilatationemque vel contraapertu-
p. 91. turam non tentauerit. Sic et LE DRAN, quod glo-
bos in cranio haerentes, quorum tamen extractio
omni modo tentanda, ſemper mortem inferre puta-
p. 95. relinquendosque eſſe iubeat. Nec non, quod ad
globos ex ſubſtantia pulmonum extrahendos horum
cum pleura cohaeſionem neceſſariam cenſeat, quum
tantum opus ſit, vt internum vulnus externo bene
p. 92. reſpondeat. Globi inter duas coſtas difficulter hae-
rentes hamo, qui manubrium habet, velut clauo ca-

REI-

VRGENTI, extrahendi. Globo in veſicam lapſo p. 97.
latandum vulnus, ſi ſuper pube, ſectione hypoga-
rica; ſi veſica depreſſa, cathetere veſicam attollen- p. 98.
globus detegendus, eodemque, ſi vulnus non in
ypogaſtrica regione, ſuſcipienda contraapertura, vt
lithotomia. Setacei in globis detegendis vtilitas p. 100.
omprobata in milite, cui femur ſiniſtrum quatuor
igitos tranſuerſos ſub trochantere maiori percuſ-
um, et in quo globus, per contraaperturam non de-
gendus, ſetaceo ſex per dies applicato, tandem
uos digitos ſub cute a latere interno detectus eſt.
Adiecta eſt deſcriptio duplicis lithotomi a Cel. LOM- p. 103.
BARDO ad lithotomiam mulierum inuenti. Inſtru-
mentis dextrisque artificibus deſtitutus, cupiensque,
vt cyſtitomus LOVISII potius ab interioribus exte-
riora verſus ſecaret, varios calculos ope ſcalpelli p. 104.
inciſorii, longi, lamina valde tenui inſtructi, et in
apice rotundi, ſuper ſolito ſpecillo ſulcato illati, col-
lum veſicae et vrethram ab interioribus exteriora
verſus diſſecando, forcipemque adhibendo extraxe-
rat; et de FLVRANTI ſimili inſtrumento, vtique lau- p. 109.
dando, nullam cognitionem habuerat ante, quam de
ſuo inueniendo ſollicitus erat. Demonſtrat ſimul, p. 105.
incontinentiae vrinae cauſam eſſe rariſſime duplicem
illam ſectionem, ſed potius ſtatum veſicae pondus
calculi diu ferentis; LOVISIVM igitur a LE CAT nullo
iure reprehenſum fuiſſe, forte autem illum in eo pec-
caſſe, quod faſciis complicatis tumentes dolentesque p. 107.
partes inuoluerit. Lithotomus LOMBARDI ita com- p. 110.
paratus eſt: in tubo externe rotundo, interne qua- Tab. II.
drato, ſex pollices longo, ſpecillis pectoralibus ali- fig. 1.
quantum craſſiori, prope extremum ſuum, in quo le-
vis curuatura, duaeque aperturae laterales duos pol- p. 111.
lices cum dimidio longae, quo et aliis vulneribus et
fiſtulis dilatandis inſeruire queat, quinque lineas
ſolido, latent duae acutae, viginti lineas lon- fig. 2.
gae,

gae, vltra duas cum dimidia latae laminae, ex
parte duobus recuruatis clauis (*goupilles rivées*)
diantibus cum duabus obtusis, sex lineas longa,
latis, prope solidum tubi extremum per epito-
cum mobilitate aeque fixis laminis; ex altera par-
etiam per clauum, vel paruum epitonium, cuius cap-
in acetabulo quasi absconditum latet (*noyé*), haben-
cum apice virgae (*tige*) quadrangularis, quatuor tu-
fig. 3. tum pollices longae, ita articulantes, vt instrumen-
p. 112. quiescente acutae obtusaeque laminae mutuo se to-
gant, eodem agente illae ab his in actiua sua extensio-
sustineantur, integram lineam prae iis prominen-
semperque obtusum angulum faciant. In media fac-
anteriore trunci quinque sunt foramina, quorum
perius lithotomum clausum tenet, quatuor inferio-
rum, paruulum elateris (*bascule à ressort*), acutas lam-
fig. 4–7. nas pro vario calculi volumine varie figentis capitul-
p. 113. recipientium distantia illi numerorum in princip-
p. 116. virgae designatorum (quorum duo inferiores
necessarii putantur) respondet. Manubrium
p. 113 hexalaterum, quatuor pollices cum dimidio lo-
gum. Instrumento hoc catheteris muliebris
instar illato, volumen calculi vt aestumetur, pol-
manus dextrae elateri imponendus, ille finistrae paru
altius, et index cum medio ad capitulum remou-
dum, et lithotomum firmandum, infra collocand
dextra manu manubrium amplectente virga ad
stum numerum propellenda, isto modo lamin
euoluendae et figendae, index tandem finistrae m
nus, lithotomo recta linea retracto, sub eo tenendu
quo statim in vesicam ad calculi forcipe extrahend
p. 114. locum certo detegendum inferri queat. In duab
aegris, in quibus (occasio enim talem operationem
repetendi in Alsatia rara) solis instrumenti vtilita
experta, motus ab aegris dolorem sentientibus po-
steriora versus factus operationem faciliorem et c-
leriorem reddidit.

III.

III.

nſtitutionum medicinae practicae, quas praelegerat IO. BAPT. BVRSERIVS DE KANILFELD, volumen quartum. Opus poſthumum in duas partes diuiſum. Pars prior morbos pectoris complectens. Mediolani. MDCCLXXXIX. Apud Ioſeph Galeatium, regium typographum. Superiorum permiſſu. Lipſiae apud I. F. Gleditſch. 8. mai. pagg. 366. praef. pag. XI. Pars altera morbos imi ventris complectens. Ib. eod. pagg. 272.

Quam ergo typographus voluminis tertii dederat fidem *), iam b. Auctoris filius VBALDVS VIILIVS BVRSERIVS, ipſe quidem non medicus, ſolit, in praefatione edendi huius voluminis conſilium fata exponens. Auctor morbo tandem fatali iam fractus, quum volumen tertium finiretur, volumis huius quarti duo priora capita tertiique initium ſi in calamum dictauerat, quum morte abriperetur. Schedae itaque nondum elaboratae vltra triennium latuere, donec Cl. Editor eas quodammodo ornaret et ex collectaneis b. Parentis, quae ipſi occurrebant, adderet, licet hic mancum hoc opus luci publicae non dicaſſet. Sunt igitur omnino, ſi cum praecedentibus comparaueris, haec ſuo modo imperfecta dicenda, verum ex hereditate tanti viri, cuius modeſtiam in iudicio de propriis laboribus ferendo mirati ſumus aliisque omnino ad imitandum propoſitam cuperemus, procul dubio acceptiſſima. Neque vel hic aut ſcriptionis aut lectionis copiam deſideres, etiam exterorum medicorum labores, nominibus etiam ſollertius, quam apud alios videmus, allegatis, vt, vbi in his peccatum fuerit, id potius typographi

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XXVIIII. p. 307.

graphi incuriae tribuendum videatur; vnico
P. I. b. LOESEKE LEBRECTVM nominatum fuiſſe
p. 103. dimus. Nos vero iam non niſi ea, quae b. Au
propria nobis viſa fuerint, adducemus: neque
cuipiam mirum videri poſſe arbitramur, ſi vnum
teriusque capitis ſolummodo titulum hic tra
pſerimus.

P. I. p. 1. Cap. I. *de tuſſi.* Diuerſarum eius ſpecierum
crimina exacte indicantur, curatioque ſingulis
commodata praeſcribitur. Inter reuellentia me
ratur, interdum ſolis catharticis paullo valen
bus ceſſiſſe tuſſes contumaciores, obſeruante
PROSP. ALPINO. In tuſſi conuulſiua butyrum
ceus ſaepius elotum et aqua frigida in pilulas
actum ſaccharoque conſperſum multum iuuit.
turnas ſiccasque tuſſes interdum fugauit copio
aquae nucerinae aut villenſis ieiuno ſtomacho po
adiuncto balneo tepido aquae dulcis.

p. 23. Cap. II. *de cruenta exſpuitione, et ſpeciatim de*
moptyſi. Iure, vt putat b. Auctor, celebrari poti
Syluianam ex aqua plantaginis, aceto deſtillato,
ralliis rubris, terra ſigillata, opio et ſyrupo de
conio (!). Haemoptyſin ab acritate ſanguinis i
ipſo adoleſcente ortam ſolo, ſed liberaliori di
noque puluueris gummi arabici vſu curatam nar
profeſſor quidam Bononienſis ad inſolitam ſene
tem progreſſus. Ab aliquot annis ad omnes
morrhagias magnis laudibus effertur aqua vulne
ria IVLIANI LANDII, pharmacopolae romani, c
formulam hic exhibet b. Auctor, ipſe tamen
compoſitionem eius regulis chemiae minus reſp
dere. De ſuſpecto nitri vſu. Aquae frigidae vſus,
do inflammatio et infarctus, aut aliud vitium pul
num abſit, ſingulis horis dimidiis ad vncias octo
decem, excluſo quocumque alio alimento, co
nuandus, donec ſanguinis ſputum ceſſauerit, tunc

ſenſim immihuendus et aliquid tenuioris alimenti concedendum. Veſicatoriorum inter ſcapulas eam vtilitatem, quam Cl. MERTENS *), non conſpexit.

Cap. III. *de phthiſi pulmonari, praemiſſa phthiſeos ſuae tabis vniuerſae cum eius differentiis explicatione.* p. 47.

Diuerſis atrophiae ſiue tabis ſpeciebus annumerat etiam eam a WILLISIO deſcriptam, quae rhachitidi ſeu rhachialgiae ſimillima eſt, non in infantibus tantum et adoleſcentibus; ſed etiam prouectae aetatis hominibus animaduertendam, qui poſt praegreſſos dolores circa lumbos, imo interdum in toto dorſo, gibbi aut claudi euadunt, ac tandem toto corpore, excepto capite, contabeſcunt, vertebris intumeſcentibus, e ſua ſede protruſis et carioſis redditis: numquam morbum hunc perfecte curatum vidit, interdum tamen mitigatum, ita, vt vitae ad complures annos parcat. Phthiſin pulmonalem diuidit in incipientem, cui ſpuria et imperfecta, itemque tuberculoſa et ſcirrhoſa, atque confirmatam, cui vera et exquiſita ſiue vlceroſa reſpondet, huiusque tres gradus diſtinguit. Vlcera chronica pulmonum, callo indusa aut glutine obducta, ad quadraginta annos ſeniumque ipſum ſine magnis moleſtiis producta vidit. Vlcera laryngis et aſperae arteriae phthiſin lentam producunt, trachealem dicendam, tandem autem in veram pulmonalem tranſeuntem. Puris exacti notas non a foetore, pondere aut calore deſumendas eſſe, ſed a plurium ſignorum coniunctione: recentiorum tamen obſeruationes **) b. Auctori incognitae fuiſſe videntur. In phthiſi ſcrophuloſa pilulis MORTONI ſubſtituit alias ex gummi ammoniaco, puluere millepedum et extracto hederae terreſtris vel ſcabioſae; interdum ſapone veneto feliciſſime vſus eſt. In iis, qui ex hypochondriaca paſſione

*) Vid. Comm. noſtr. Dec. III. Suppl. IIII. p. 703.

**) Ibid. Vol. XXVI. p. 329 ſequ.

ſione in puris et ſanguinis ſputum inciderunt et cu-
cie iam confici coeperunt, decoctum dilutum cor-
cis peruuiani vel cum vel ſine lacte curationem a-
ſoluit. Vſus balſamicorum dubius: nihil fere vic-
ribus mundandis claudendisque aut corruptioni o-
hibendae et praepediendae aptius valentiusque p-
tandum, quam camphoram liberali manu diuque a-
terne datam. Lichen iſlandicus et elixirium viuo-
anglicum, quo iure celebrentur, definire non aude-
ſed tempori atque iteratae experientiae iudicio
committit, enarratis interim experimentis cum vt-
que remedio ab aliis factis. Ad facilitandam exp-
ctoration dulcamarae decoctum. In phthi-
ſcabioſa, herpetica, aut alia eiuſmodi labe antimo-
nium crudum reliquis omnibus praeſtare. Phthi-
venerea, vbi iam vlcus pulmonum adeſt, mercuriu
quocumque modo adhibitum vix ſine noxa ſen-
tutior vſus decoctorum, ex quibus principem ſe
locum tenet decoctum SEPTALAE, cuius etiam fo-
mula hic exhibetur.

p. 126. Cap. IV. *de pulmonum pectorisque inflammatio-
bus, atque aliis affinibus aut ſuccedentibus morbis.* Pe-
pneumoniam et pleuritidem nec ſedis diuerſitat
nec natura, ſed ſymptomatum tantum ratione diffe-
re. Pleuritis notha dicitur Auctori noſtro ea in-
flammatio, quae latus ipſum occupat, muſculos i-
primis intercoſtales eorumque inuolucra, nequ
multum intereſſe, an ſimul pleura ipſa, quod proba-
bile ſit, et interdum accidat, afficiatur: differre a ve-
ra, dolore tactu preſſuque ingraueſcente, decubit
in latus affectum denegato, exterioribus interdu
tumentibus, calentibus, non raro aliquantum rube-
tibus, febri et ſpirandi difficultate minoribus, neque
pulſu adeo duro et ferrato, tuſſi vel nulla vel exigu
et ſicca, niſi concurrat pulmonum labes. In qu-
buſdam peripneumoniae malignae et gangraenoſae
conſti-

nstitutionibus sanguinem non resolutum, sed cru- phlogistica densissima tectum conspexit, fortasse ua venenatum miasma nondum sanguinis texturam ruperat. Exemplum empyematis, pure post tu- morem inflammatorium in pleuritide ex liene per rosum diaphragma in sinistrum pectoris cauum ansgresso. Vomicae tertio demum a morbi prin- pio mense ruptae cum felici exitu. Morbus iste st pleuritidem notham, qualem b. Auctor assumit, perstes, a Cl. ZEVIANI in opusculo de eo 1766. dito *parapleuritis* dictus, incipientem phthisin, in am tamen denique abit, mentiens, a qua absentia doris matutini, pulsu subduro, sanguinis inflamma- oria diathesi potissimum differt, iisdem, quibus pleu- is, remediis indigens, et forte eadem phthiseos ipientis species, quam iuxta celeberrimos aucto- s expugnant paruae, sed repetitae, sanguinis issiones.

Cap. V. *de hydrope pectoris, pericardii, et pulmo-* p. 197.
um. Praemissis generalibus de hydrope, sequitur regia compilatio de variis horum morborum sedi- us et signis diagnosticis. Remedia aduersus hydro- em quemcumque. Diureticorum vsui, quo hydrops sarca sublatus fuit, non raro paullo post peripneu- oniam succedere, quae hominem cito enecet. Scari- tione ad modum Cl. FOTHERGILL *) multo ante, uam ille eam proponeret, vsus est b. Auctor. Sibi on perspectum esse, an punctio pericardii, a RIO- ANO et SENACO proposita, vmquam tentata sit, et uo successu; optandum tamen, vt prius in cadaue- ibus eius periculum fieret.

Cap. VI. *de difficili respiratione, et speciatim de* p. 237.
sthmate. Tumor ad aortae exortum oui columbini agnitudine, totam cauitatem occupans, pure ple- nus,

*) Vid. Comm. nostr. Vol. XVIII. p. 396.

nus, aſthmatis diuturni, tandem intra paucos [illegible] lethalis, cauſſa. Pauca quaedam de ope ſuſpenſa [illegible] merſis ferenda.

p. 257. Cap. VII. *de animi deliquio, ſiue de lipothymia [illegible] ſyncope.*

p. 266. Cap. VIII. *de aſphyxia, duobusque ei proximis [illegible] ſuum vitiis* (debilitate et intermiſſione). De aſphyxiae, praeſertim diuturnioris, cauſſis: an, motu et [illegible] dis et ſanguinis vtcumque perſeuerante, ſola arterarum ſyſtole neruorum ad eas ſpectantium vitio [illegible] quieſcat? Pulſus intermittens, tamquam breuiſſ[illegible] aſphyxia conſiderandus.

p. 279. Cap. IX. *de cordis palpitatione.*

p. 296. Cap. X. *de cordis aortaeque polypo.* GALEN[illegible] morbum hunc forte coniectura aſſequutum eſſe [illegible] vium arteriarum obſtructionis nomine. COMIT[illegible] FIRMIANI ſectio ab Editore ex b. Auctoris diario [illegible] ducta: pericardium pinguedine plurima obuolut[illegible] et compreſſum, cor paruum et flaccidum, auricu[illegible] paruae, ſiniſtri ventriculi parietes tenuiſſimi ac [illegible] cartilaginei, dextri minus extenuati et valde flacc[illegible] intra cuius cauitatem polypus ramis duobus in [illegible] nam cauam et arteriam pulmonalem continua[illegible] exterius grumoſus et nigricans, interius albus, fibr[illegible] ſus, tenax. Polypos non omnes mortis dem[illegible] tempore, ſed viuo etiam corpore gigni. Exſtat [illegible] ter minora b. Auctoris opuſcula de hoc argume[illegible] diſſertatio, qua vſus eſt VINC. NEGRI *).

p. 322. Cap. XI. *de aneuryſmatibus et varicibus praec[illegible] diorum.* Aneuryſmatis ex anguſtia aortae exempl[illegible] in puella ſedecim annorum, a prima aetate mu[illegible] incommodis vexatae, ſymptomatibus ſub menſtr[illegible] rum fluxu auctis, venae ſectione et purgantium [illegible] increſcentibus, tandem ſyncope ſuperueniente m[illegible] tua. Animi pathematibus ſubitis et vehementi[illegible] aor[illegible]

*) Theſes de polypis praecordiorum, Ticini 1776.

neuryſmata, diuturnis et grauibus plerumque vitia aricoſa lenta produci. Difficultates in diagnoſi.

Partis alterae caput I. *de dyſphagia.* Generaliori enſu ſumitur, nulla doloris durationisque habita ra- ione. Exemplum a conglomeratis in oeſophago umbricis in puella, febre gaſtrica verminoſa laboran- e glomere hoc ſuffocata. Aliud, a Cl. GIANELLA cum Auctore communicatum, in ſexagenario a prima uentute iam affecto, ex ſuperiori oeſophagi parte onſtricta et ſacco infundibuliformi inter eam et ver- ebras colli, fine caeco, longitudinis ſex vel ſeptem igitorum, qui aſſumta per oeſophagum deferenda uſceperat, donec vi ſpaſmi excitati rurſus retropel- erentur. Auxilium, quod Cl. TODE *) in dyſpha- ia ſpaſtica ab infuſo quaſſiae percepit, non adeo peculiari huius virtute, quam potius a copia aquei epentisque potus, ſalium vim irritantem eneruante diluente, fibrarumque tonum relaxante, deriuan- um eſſe. P. II. p. 3.

Cap. II. *de aucto ciborum deſiderio et faſtidio prae- er naturam.* p. 26.

Cap. III. *de laeſa alimentorum coctione.* Exempla uo huius morbi in hypochondriacum, et deinde in erum ſcorbutum, non putridum, ſed acidum frigi- umque, tranſeuntis, ac demum, fruſtra datis omni- us, lenta macie terminati; alteruter horum aegro- um carnem nullam, niſi ex auibus exteris ad alcale- centiam pronioribus, aſſumere poterat. p. 40.

Cap. IV. *de nauſea et vomitu.* Simul de cholera ſingultu. In fine additamentum de hernia ventri- uli. p. 47.

Cap. V. *de alui fluxibus ſiue alui profluuiis.* Lien- eriae cauſſa proxima aucta ventriculi et inteſtinorum ritabilitas, cui tamen nonnunquam iungitur ventri- p. 57.

*) vid. Comm. noſtr. Vol. XXI. p. 242. conf. MVRRAY appar. med. Vol. III. p. 449.

culi languor ſuccorumque digerentium inertia. D
reliquo ampla quidem ex auctoribus compilatio,
tamen ea perfecta adeo, vt ipſe b. Auctor autop
pho adſcripſerit, hic multa deſiderari, quae v
poſtea addere non potuit.

p. 82. Cap. VI. *de ſtomachi dolore ſiue gaſtrodynia,*
gaſtritide. Cardialgia cum Cl. DE SAUVAGES dicit
quicumque dolor ventriculi, ſi magnus acerque
ideoque corde in conſenſum vocato lipothymias
ferat. Leuior gradus gaſtrodynia, vel, ſi ardoris
leſti ſpeciem referat, ardor ventriculi, ſeu ſoda. A g
vi cardialgia feliciter et illico ſe liberatum memi
b. Auctor quinque vnciis olei amygdalarum dulci
vno hauſtu ſumtis, fruſtra ante adhibitis interni
externis remediis.

p. 91. Cap. VII. *de doloribus inteſtinorum aliarumque*
dominis partium. Nihil magis frequentiusque col
dem ſubuertere illudque verſus medium abdomi
propellere, quam conſtrictionem per thoraces. D
rhachialgia, ex b. LVDWIGII tractatu *). Sic eti
de diuerſis aliis colicae ſpeciebus, inprimis de col
pictonum, potiſſimum ex Cl. STRACK **). Epile
et paralyſis, ei ſuperueniens, magis a metaſtaſi, qu
a conſenſu neruorum pendere videtur ***). Ve
ſectionis in colica bilioſa vſum interdum ſumme p
ficuum eſſe, ex obſeruatione Cl. DALLARMII.

p. 138. Cap. VIII. *de aluo adſtricta ac ileo.*

p. 154. Cap. IX. *de haemorrhoidum vitiis.*

p. 162. Cap. X. *de vermibus inteſtinorum.* Mercurio
anthelminthicam denegauit b. Auctor iam in pecu
op

*) Aduerſ. med. pract. Vol. I. p. 711 ſeqq. vid. Com
noſtr. Vol. XVII. p. 514 ſeqq.

**) vid. Comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 674.

***) vid. CHRIST. MART. KOCH de morbis ben
rum tendinum mucoſarum, p. 31. Lipſ. 1790. 4

puſculo *), et poſtea idem de aethiope minerali et vnguento mercuriali experimentis inter inedita eius ſcripta exſtantibus confirmatum vidit. Specifi-cum Cl. RENAUD **) aduerſus taeniam, ex clyſmate apponato veſperi, et poſtea per quinque dies mane ieiuno ſtomacho drachma filicis maris ex cyatho aquae portulacae, adiungendis poſtea pulueri huic aequalibus partibus aquilae albae, radicis ialappae et rhei, cum melle in bolos formandis; potu quotidia-no decocto radicis mori. Tartari emetici ſolutio-nem, per partes exhibitam, ad taeniam videri accom-modatiſſimam, ex propria obſeruatione.

Cap. XI. *de tympanite.* p. 180.

Cap. XII. *de obſtructionibus et tumoribus viſcerum abdominis.* Sedem illarum non in vaſis, ſed contextu cellulolo mutato conſiſtere (Kaempfiana doctrina nul-libi vſum fuiſſe b. Auctorem videmus). Pauca ex aduerſariis Auctoris addidit Editor de paracenteſi ab-dominis, in qua aquas vna vice educendas praecipit. p. 188.

Cap. XIII. *de morbo regio et calculis felleis.* Cal-culorum horum ſigna quam maxime dubia. Concre-tiones bilioſas diuturno ſolo vſu vegetabilium ape-rientium et emollientium, ipſumque morbi reditum, feliciſſime ſublata vidit b. Auctor. p. 202.

Cap. XIV. *de hepatis, lienis, pancreatis, omenti, me-ſenteriique inflammationibus.* p. 226.

Cap. XV. *de nephralgia ſiue dolore nephritico, et de calculis vrinariis.* Morbus ipſi b. Auctori exitialis ab Editore narratur: poſt diuturna ſymptomata calcu-loſis ſollemnia nullus tamen calculus ſectione inuen-tus eſt, praeter lapideam concretionem capſula car- p. 237.

*) De anthelminthica argenti viui facultate, Fauen-tiae. 1753. 4.

**) Hiſtoire de la Societé Royale de Medecine, Année 1776. p. 279. A Paris. 1779. 4.

tilaginea nucis auellanae magnitudine incluſam, contextu celluloſo ſcroti infixam; abſceſſus inge in veſica vrinaria, et alius in rene dextro ſolito ma re, vterque multo pure plenus; veſicae collum re rius calloſum; in partibus annexis hinc inde pa ſcirrhi.

p. 248. Cap. XVI. *de mictu cruento et haemorrhagia pr*

p. 255. Cap. XVII. *de diabete.* Peripneumoniae diab ſuperuenientis exemplum cum ſputo ſanguinis v vel altero ante mortem die. Diabetes ſpurius ſene vegeto, nondum ab hemiplegia penitus ſana vrina quotidie ad vncias centum et ſexaginta aut ptuaginta emiſſa, quum potulenta vix tertiam hu ponderis partem attingerent, poſt duos menſes caſſum adhibitis remediis, a b. Auctore venaeſec ne in pede et purgantibus ex rheo et tamarind poſteaque lacte cum tinctura chinae intra menſ ſublatus. In alio ſanguis ſaepius accedente feb ſpirandi difficultate fere peripneumonica, miſſus isque cruſtam inflammatoriam monſtrauit.

p. 262. Cap. XVIII. *de vrinae incontinentia eiusque preſſione.* Iſchuria veſicali curata, poſt quindec dies ſuppuratio orta eſt, et pure emiſſo vrina lib reddita; cauſſa a tuberculo in collo veſicae ge repetenda viſa.

IV.

Syſtematiſches Handbuch der geſammten Chemie, Gebrauch ſeiner Vorleſungen entworfen von FRIEDRICH ALBRECHT CARL GREN, *der Arzneyg lahrheit und Weltweisheit Doctor, und ordentl. ö fentl. Lehrer zu Halle. IIten Theiles IIter B nebſt Regiſter über beyde Theile. Halle, im Ver der Waiſenhaus-Buchhandlung.* 1790. *gr. 8 pag.* 856. *und* 2. *Bog. Tabellen.*

h. e.

Compendium vniuerſae chemiae ſyſtematicum in vſum praelectionum ſuarum edidit F. A. C. GREN, Phil. et Medic. Doct. Prof. Publ. Ord. Halenſis. P. IIdae Vol. IIdum, cum Indice in vniuerſum opus. Halae 1790. 8 mai.

Quo magis eo, quo alterum huius libri egregii volumen *) legeremus, tempore id optauimus, vt mox totum hoc abſolueretur opus, eo alacriores iam ad vltimam hanc partem, quae finem huic enchiridio imponit, lectoribus indicandam accedimus. Duo vero reſtant adhuc capita de bituminibus, et de metallis.

Sectio octaua quidem *bitumina et alia corpora* p. 1.
mineralia, quae flammam capiunt, tractat. Bitumina ea corpora appellat mineralia, quae ſe incendi patiuntur, atque ſub deſtillationem fluidum oleoſum offerunt. In recenſendis iisdem Auct. Cl. ſecutus eſt WERNERVM, qui in hanc claſſem naphtham, petroleum, aſphaltum, lithanthraces, ſpiſſaxylon, ſuccinum, lapidem melleum retulit. Noſter vero ſub finem ambram, adamantem et plumbaginem (vtpote loco maxime congruo hic) ſubiunxit. Ideo enim, quod ex hisce corporibus, quorum oriendi ratio nondum diligenter ſatis detecta atque explicata eſt, oleum extricatur, ipſorum origo a corporibus organiſatis deducenda eſt. Accedit, quod examina chemica admodum ſint manca.

Naphtham natiuam GR. Cl. oleum ſubtilius em- p. 4.
pyreumaticum aliorum bituminum habet, quod calore ſubterraneo fuerit productum. Analogia inprimis cum oleis rectificatis lithanthracum, aſphalti et ſuccini hoc aſſertum comprobare videtur. Conſti-

*) Comment. noſtr. Vol. XXXII. pag. 128–151.

tuitur vero phlogiſto, aqua, aëre fixo et acido, quod haud dubie naturam acidi vegetabilis elementarem ſiue acetoſi tenet.

p. 5. *Petroleum* iisdem, quibus naphtha, efficitur partibus; maiori ſolummodo acidi quantitate differt, ut eandem cum naphtha habeat originem, vel oleum empyreumaticum aliorum bituminum maiori calore vi euolutum conſtituat.

p. 7. *Aſphaltum*, a quo *cedria terreſtris* ſola mollitie et *gagates* duritie differunt, phlogiſton, aërem fixum et acidum, cuius natura nondum ſatis definita eſt, partes alit neceſſarias.

p. 11. Modi *lithanthraces* in carbones commutandi enarrantur duo, vel in furnis hoc conſilio exſtructis, vel more ligni. Conſtituuntur phlogiſto, acido aëreo, alcali volatili, acido, terra argillacea, ferro, quarum quidem partium inter ſe relatio nondum accurate ſatis definita eſt. Incongrue ipſis ſeuum vel reſina ineſſe nonnulli aſſeruerunt. Alcali volatile ammalibus tribuendum eſſe videtur particulis, quae illis inhaerent.

p. 13. *Ligna*, *terrae*, *radices* plantarum paludoſarum ſaepe bitumine imbuuntur et corpora conſtituunt bituminoſa, quae ſi bitumen ſpectes nihil a bituminibus differunt.

p. 14. *Succinum* eiusque praeparata. Sal ſuccini Auct.

p. 21. noſtro acidum ſui generis efficere mediusque ipſ inter vegetabilia atque mineralia acida locus aſſignandus eſſe videtur. Baſin habet acidum vegetabile. Salia neutra et media quae conſtituit, enumerantur,

p. 34. horumque ad alia acida rationes. Varii modi, quibus hocce ſal deprauari ſolet, per acidum tartareum, ſaccharinum, ſal ammoniacum, alcali volatile, ſal commune, acidum vitriolicum, ſaccharum, exponuntur, viaeque, has fallacias detegendi ingenue monſtrantur. Color olei ſuccini pro diuerſa rectificatione admodum variat.

Cum

Cum *lapis melleus* hucvſque nondum chemico examine accurate fixerit tractatus, eiusdem natura tenebris adhuc obuoluta eſt. p. 36.

Similiter quoque quominus *Ambrae* indoles atque ortus diligentius inquiri potuerit, et raritas et deprauatio eiusdem obfuerunt. Auct. Cl. animalem ipſi tribuit ortum, ſententiamque argumentis munire ſtuduit. Acidum quidem, quod ex ipſa elicuerunt, huic non aduerſatur. p. 38.

Adamas natura ſua mirum in modum a reliquis lapidum terrarumque generibus diſcrepat. Nullum prorſus menſtruum vim in illam exſerit. BVBNAE hypotheſis, adamantem forte terra ſilicea et acido fluorato conſtitui, non ſtatim reiicienda eſſe videtur. p. 46.

E *plumbagine* phlogiſton et acidum aëreum, vt partes conſtituentes, extricarunt. Iure vero, cum hae partes maſſam igni ita fortiter reſiſtentem vix formare poſſint, de acidi cuiusdam Auct. concludit praeſentia, quod examinibus ſe hucuſque ſubtraxerit, eoque ipſo effecerit, ne plumbaginis naturam diligentius rimari potuerint. p. 51.

Nona, eaque vltima ſectio agit de *metallis*, tum in vniuerſum, tum de ſingulis. p. 52.

Virtutes metallorum in ſenſus incurrentes, vt denſitas, ſiue grauitas ſpecifica, opacitas, ſplendor proprius, tenacitas, ductilitas, fuſio plane ſingularis, aliaeque diligenter exponuntur. p. 56.

Diuiſio metallorum in metalla et ſemimetalla eo praecipue nomine, quod limites inter vtrumque genus non accurate finiri poſſint, Auct noſtro improbatur. p. 60.

Miſtiones metallicae, harumque pro diuerſa metallorum natura varietates. p. 62.

Ferruminationes, earumque formae. p. 63.

De *calcibus*, *vitris*que metallicis, quae tum fuſione, tum detonatione e metallis ignobilioribus obtinemus. p. 72.

Metallorum reductio. Grauitatem calcium metallicarum ſpecificam, expoſitis antea, quae ſub calcinatione et reductione eueniunt phaenome-

nis, Auct. Cl. ex theoria ſua, qua in prioribus ſaepius
fultus eſt, per leuitatem phlogiſti, quod ſub calcina-
p. 81. tione abiit, explicare ſtuduit. Subiunxit quoque
reliquas, quas alii excogitarunt, hypotheſes. Omnes
alienum quoddam corpus accedere quidem ſtatuunt,
in natura vero eiusdem finienda ita differunt, vt alii
ad particulas igneas, alii ad principium aëriforme,
alii ad principium aëris puriſſimi, alii ad aquam, BER-
GMANNVS denique ad particulas terreſtres ſalinas vel
p. 91. ſulphureas in aëre circumuolitantes confugiant. Cal-
ces metallorum nobiliorum, in igne fuſorio nullo
alio corpore adiecto reduci per phlogiſton, quod hac
via formetur, ſimili ratione explicat. Principium
enim caloris cum principio lucis propter inſignem
affinitatem hic copulari, atque phlogiſton hoc modo
conſtitui aſſerit.

p. 92. *Menſtrua* metallorum efficiunt acida, quorum
ſoluendi vis pro varia, qua in phlogiſton trahuntur
affinitate, metallorumque indole, inſigniter differt.
Euoluuntur ſub ſolutione aër et hepaticus, et in-
p. 96. flammabilis et nitroſus. Inflammabilis quidem a re-
liquis inflammabilium aërum generibus, quae ex or-
ganicis corporibus extricantur, admodum differt, vt
nomine aëris inflammabilis metallici iure inſigniatur.
Neque enim purum euoluitur phlogiſton, ſed parti-
p. 100. culis acidi adhibiti inquinatum eſt. Acida, quibus
metalla ſoluta fuerunt, ſalium metallicorum induunt
naturam, quae ipſa pro diuerſa baſi metallica, in-
ſignem admittunt differentiam.

p. 101. Ortus *praecipitatorum metallicorum* modo e ſim-
p. 104. plici, modo duplici affinitate explicandus eſt, multis-
p. 109. que illuſtratur exemplis. Ex eo, quod in metallo
praecipitato et praecipitante phlogiſton rationem
diuerſam tenet, BERGMANVS relatiuam phlogiſti
in acidis quantitatem definire ſtuduit, eiusque tenta-
mina digna ſunt, quae vlterius inquirantur. KIRWA-

ni vero phlogiſti ſpecifici definitionibus, quippe quae infirmis nituntur principiis, Auct. nihil tribuit. Ipſa vero haec praecipitatio non ſolum a maiori acidi in calcem metalli praecipitantis niſu, ſed a maiori quoque calcis metallicae ad phlogiſton affinitate, quin ab vtraque cauſſa repetenda eſt.

Ratio metallorum *ad alia corpora*, atque inpri- p. 112.
mis ea, quorum in prioribus mentio iam facta eſt.

Metalla *conſtituuntur* phlogiſto et calce. Hae p. 118.
quidem calces, cum nulli hucuſque easdem permutare contigerit, natura ſua ita differunt, vt quisque ad ſummum gradum dephlogiſticatus, principium formet elementare, neque tale elementum, quale nonnulli habuerunt, terra metallica omnibus metallis communis, aſſumendum erit. Optime igitur exinde quaeſtio: num metalla in alia permutari poſſint, vel e corporibus, non metallicis, metallum produci poſſit, diiudicanda eſt.

Subſectio II. *De ſingulis metallis*, eorumque tum p. 122.
cum corporibus hucuſque expoſitis, tum inter ſe copulatione.

Virtutes *auri* diligentius enarrantur. Fuerunt, p. 122.
qui per vitrum cauſticum, calorem et tubum ferruminatorium mediante aëre dephlogiſticato ſe aurum ex parte volatile reddidiſſe, aſſererent. — Relatio p. 125.
auri ad acida. Aquam regiam ſolummodo vi menſtrua gaudere ſtatuunt, idem vero acidum ſalinum dephlogiſticatum, quippe quod acido regalino inhaeret, praeſtat. Videtur enim acidum ſalinum calcem auri, nitroſum vero phlogiſton excipere, quocum aërem format nitroſum. Acidum ſalinum dephlogiſticatum arripit phlogiſton, iamque phlogiſticatum abit in guttas, calcemque auri ſoluit. Idem quoque aqua acido ſalino dephlogiſticato imbuta praeſtat. Ex hiſce ſolutionibus per praecipitationem aurum fulminans prodit, ad quod vero conſtituendum

dum alcali volatile ſimul requiritur. Non prius enim hocce alcali calcem auri, in quam magna trahitur affinitate, linquit, donec in aëris formam per
p. 136. conuenientem caloris gradum fuerit mutatum, aëremque vrinoſum inflammabilem effecerit, qui ſub acceſſum aëris atmoſphaerici fulminandi vim exſerit. — Calx auri mediante alcali fixo praecipitata omnibus denuo ſoluitur acidis, quibuscum ſalia metallica conſtituit, quorum natura atque indoles maximam
p. 139. partem adhuc latet. — Aliorum corporum vt alcalium, principii vegetabilis adſtringentis, lixiuii ſanguinis, oleorum variorum, ſalium mediorum et neutrorum, ſulphuris, hepatis ſulphuris, ad aurum relatio.

p. 140. *Platinae* breui hiſtoria, virtutibusque primum expoſitis, acidorum in eandem effectus enarrantur. Acidum ſalinum dephlogiſticatum maxima vi menſtrua gaudet, vt ideo aqua regia ex aequali acidi ſalini et nitroſi portione parata optime ipſam excipiat. Ex hac ſolutione per alcalia calx praeceps datur, cuius virtutes et rationes hic diligentius enarrantur. Pleraque quae ad naturam huius metalli explicandam faciunt, ex obſeruationibus MARGGRAFII, MACQVERI, BEAUMEI, BERGMANI, COMITIS DE SICKINGEN, repetuntur. —
p. 149. Variorum corporum ad platinam ratio. Fuerunt, qui platinam impuram, acido regalino ſolutam ab aethere exceptam fuiſſe aſſererent; Auct. vero hocce ipſum experimentum cum platina ab omni ferreo inquinamento accuratiſſime depurata inſtituendum eſſe ſuadet, cum forte ſolum ferrum ab aethere fuerit ſuſceptum. —
p. 151. Auri vis in platinam.

p. 154. *Argenti* virtutes tum phyſicae, tum chemicae
p. 156. proponuntur. — Inter acida praecipuam vim nitroſum exſerit. Vis cauſtica argenti nitrati ab efficacia, qua calx argenti phlogiſton acidi nitroſi attrahit,

repa-

repetenda eſt; ideoque illa eo vehementior eſt, quo auidius phlogiſton arripit, vt, ſi aqua cryſtalliſationis fuerit abacta. Cum acido ſalino luna formatur cornea, quae qua naturam atque reductionem in metalli formam deſcribitur. Alia vero ſalia metallica, quorum baſis argentum efficit, vt argentum fluoratum, boracinum, phoſphoratum, tartariſatum, benzoinum, vlterioribus adhuc examinibus exploranda ſunt. — De aliorum corporum in argentum efficacia, atque inprimis de auri et platinae effectibus diſſeritur, vbi tres illi modi aurum ab argento ſeiungendi, quartatio, caementatio, fuſio, eorumque vſus docetur. p. 168. p. 170. p. 173.

Affectiones *Mercurii*, depuratio; aethiops per ſe; mercurius praecipitatus ruber. Quae ſub praeparatione mercurii per ſe praecipitati, eiusque reſtitutione ſine vllo additamento eueniunt phaenomena, ad ſuam de phlogiſto, calcinatione et aëris fixi geneſi ſententiam muniendam Auct. Cl. pluribus expoſuit. Geneſin enim mercurii per ſe praecipitati veram habet calcinationem. Medius inter metalla nobiliora et ignobiliora locus hydrargyro noſtro, ſi eiusdem attenderis calcinationem, aſſignandus eſſe videtur. Caloris enim et aëris reſpirabilis ope, quemadmodum metalla ignobiliora, calcinatur, phlogiſtoque orbatur, calx vero eiusdem ſine vlla corporum inflammabilium ope, ſi aër arcetur, in morem nobiliorum metallorum reducitur. — De vi acidorum in mercurium, et praeparatis illis multis, quae hoc modo parantur. Spiritum vini mercurium nitratum vel prorſus non, vel copia vix finienda excipere ſuis intellexit tentaminibus, atque hac in re cum MACQVERO atque WENZELIO conſentit. Mercurium rite dulcificatum hac via Auct. Cl. parare ſuadet, vt mercurius ſublimatione prima paratus in crucibulo multa aqua deſtillata digeratur, cuius librae vni, quo melius mercurius ſublimatus corroſiuus ſoluatur, ſalis p. 182. p. 189. p. 195. p. 196. p. 203. p. 224.

ammo-

ammoniaci drachmae duae adduntur, maſſa tum
p. 227. edulcoretur. Variis de cauſſis formulam SCHEELII
p. 232. admodum commendat. Vanam eſſe virtutem illam, quam nonnulli pulueri Conſtantini, quod vi argentum in aurum commutandi gaudeat, tribuerunt, ſuis experimentis confirmat, in eoque LEONHARDO et
p. 234. que WIEGLEBIO aſſentitur. Effectus illos, quos acidum formicarum ſecundum MARGGRAFII aſſerta in mercurium praecipitatum rubrum eo exſerit, quod eum in viuum reducat, GR. Cl. a phlogiſto et principio oleoſo, quod huic acido inhaeret, deducere ſuadet.
p. 238. — Varia mercurii ad alia corpora atque metalla re-
243. latio. BEAVMEI aſſerta, mercurium minori auri co-
p. 245. piae iunctum ſolius ignis ope eam prodere virtutem, vt aurum cum mercurio in calcem abigat, vlteriori-
p. 249. bus examinibus comprobanda ſunt. Mercurium argentum in acidis ſolutum praecipitare admodum veriſimile eſt. Quod enim quidam ſtatuerunt, mercurium ſublimatum corroſiuum per argentum viuum via humida praecipitem reddi, vlteriori probandum eſt examine, inprimisque ad id attendendum, num acidum mercurii ſublimati liberum hic ſolummodo agat, vt ideo per lunam corneam ſimile quoque praecipitatum album prodiret.
p. 251. *Plumbi* affectiones, virtutes, eiusque calces enar-
p. 255. rantur. Color minii rubicundus Auct. Cl. non ab aëre dephlogiſticato, vt plerique opinantur, ſed a iuſta humoris aquoſi copia, quae in plumbi calce re-
p. 258. manet, explicandus eſſe videtur. — Variorum acido-
p. 266. rum in plumbum effectus. Ceruſſam BERGMANVS plumbum habet aëratum; Auct. vero noſter acidum aëreum ab acido acetoſo repetit, quod vel decomponitur, vel per calcem plumbi ad ſummum gradum
p. 274. dephlogiſticatur. — Copulatio plumbi cum aliis cor-
p. 276. poribus. Quae SCHEELIVS aſſeruit: ſolutionem ſalis communis aquoſam lithargyrio decomponi, vt

alcali

alcali liberum euadat, tum aliorum, tum Auct. noſtri tentaminibus non comprobatum fuit. Olea aethe- p. 279.
rea ſub digeſtione calces plumbeas, quamuis exi-
gue, ſoluunt. Mutationes vero, quas oleum in ſua miſtione ſubit, diligentius vt examinentur, operae pretium eſt. — Metallorum in plumbum effectus. p. 281.
Virtutes *Biſmuthi*, acidorumque in ipſum actio. p. 285.
Qui ſub ſolutione biſmuthi in acido nitroſo fun- p. 287.
dum petit puluis ſubniger e BEAUMEI mente ſulphur, vel potius biſmuthum ſulphuratum conſtituit.
Vtrum acidum, ſalinumne, an nitroſum maiori in p. 291.
biſmuthum trahatur affinitate, nondum experimentis demonſtratum eſt. Fortiſſime vero phoſphori- p. 292.
cum in calcem agit. — Spiritus vini, aetheris, et p. 296.
oleorum aethereorum in noſtrum metallum efficacia nondum firmis demonſtrata eſt experimentis.
Niccolum recentioribus temporibus diligentius p. 300.
quidem examinatum fuit, plura tamen, in quibus diligentia chemicorum verſari poſſit, relicta ſunt. Affectiones atque ad acida relationes hic exponuntur.
Horum inprimis vis, affinitatisque gradus nondum exacte ſunt definiti. — Efficacia aliorum corporum p. 305.
atque metallorum. Tentamina, quibus CRONSTED- p. 308.
TIVS atque BERGMANVS regulum niccoli purum parare tentarunt, diligenter enarrantur. Vim vero magneti obſequendi GR. noſter eſſentialem forte habet niccoli virtutem, quae huic metallo cum ferro communis ſit.
Affectiones *Cupri*, eiusdemque fuſio. Calx cupri p. 311.
virideſcens, quam viride aeris vulgo quoque appel- p. 314.
lare ſolent, qua cuprum aëri expoſitum obducitur, non ab acido aëreo, quod quidem huic calci ſemper inhaeret, effici videtur. Non aeque magna enim calcis quantitate diuerſa cupri genera induuntur. —
Acidorum minus viſitatorum ad cuprum affinitates multis adhuc obteguntur tenebris. Ad calcem cu- p. 321.
pri

pri maxima acidum ſaccharinum gaudet affinitate.
p. 323. Viride aeris non perfectum cuprum acetatum conſtituit, ſed calcem cupri, cum quadam acidi acetoſi
p. 327. aërei et aquae parte copulatum. Paradoxon quodammodo noſtro videtur Auctori illud phaenomenon, quod ſucci plantarum acidulati calore ebullientis aquae difficilius cuprum aggrediantur, refrigerati
p. 329. vero ſtatim hanc vim exſerant. — De aliorum corporum, atque metallorum in cuprum actionibus
p. 335. Praecipue hic de operibus metallurgicis, coniunctione cupri cum auro atque argento, eiusque ſeparatione agitur.

p. 367. *Regulus Arſenici* praecipuis quibusdam viribus ab aliis metallis facile dignoſcitur. Arſenicum album, calx arſenici, volatilitate ſua, et quod aqua et ſpiritu vini facile ſoluatur, ab aliis calcibus diſcrepat.
p. 373. — Coniunctio reguli arſenici cum acidis, quibuscum propter naturam ſuam acidam, non quemadmodum reliqua metalla, ſalia media conſtituit, ſed miſcelam duorum acidorum format. Difficilius igitur fueri ordinem, quo varia acida in ipſum aquant, exacti
p. 380. finire. — Relatio ad alia corpora. Sedimentum al-
p. 382. bum, quod per lixiuium ſanguinis e ſolutione arſenici regalina praeceps redditur, ex Auct. ſententia arſenicum refert phoſphoratum, quod, eo etiam conſilio, vt partes lixiuium ſanguinis conficientes certius finiantur, vlteriori examine tractetur, dignum
p. 384. foret. Nitrum praecipue fortiter admodum in arſenicum agit, efficitque vt phlogiſto iam orbatum naturam acidi egregie prae ſe ferat. Inprimis BUCQUERI ſtudiis in hoc capite multum debemus.
p. 390. Cauſſam, cur arſenicum flauum ex BUCQUERI obſervationibus per fuſionem rubrum induat colorem, Auct. Cl. exinde repetit, quod arſenicum album ex
p. 392. parte per calorem abigitur. — Singulari quoque arſenicum, qua coniunctionem cum aliis metallis, gau-

det

let virtutibus; calx enim eiusdem propter ſummam,
qua in phlogiſton trahitur, affinitatem facillime cum
aliorum metallorum regulis connubium init. —
Omnem *acidi arſenicalis* cognitionem ſtudio SCHEE- p. 403.
LII debemus. Hoc ipſum ſi igne fortiore in cruci-
bulo obtecto fuerit tractatum, efferueſcit, abit in ar-
ſenicum album et auolat. SCHEELIVS exinde ma-
teriam caloris phlogiſton continere argumentatur,
GR. vero noſter hocce phaenomenon per vim expli-
cat, qua acidum arſenici ad phlogiſton fertur, per
quam ſub incandeſcentia e materia caloris et lucis
phlogiſton rurſus conſtituit atque vaſis clauſis phlo-
giſticatur. — Salia neutra et media, horumque ad p. 407.
reliqua acida relatio. — Vis in metalla. p. 415.
Propter inſignes, quae *Ferrum* admittit, varieta p. 422.
tes, ſingularum affectiones, virtutes, vt cuſi, crudi,
chalybis, diligentius ſunt expoſitae. Chalybs quidem
medium quaſi locum tenet inter ferrum cuſum et cru-
dum; modus ipſam parandi multis deſcribitur. Cum p. 436.
ex illis ferri mineris, quibus magneſii aliquid admi-
ſtum eſt, chalybs facilius parari poſſit; quaeſtio hic
mouetur, numne per magneſii additamentum ferrum
ad chalybem parandum aptius reddi poſſit. Quae p. 440.
cauſſa ſit differentiae illius, quae inter ferrum cru-
dum, cuſum et chalybem obtinet, nondum ita expli-
cata eſt, ne dubitationi locus ſuperſit. Variae enim
fuerunt chemicorum pro diuerſis temporibus atque
diſciplinae amplitudine ſententiae. Auct. Cl. aſſenti-
tur RINMANO, qui cauſſam diuerſitatis in diuerſa
phlogiſti quantitate, quae calci ferri inhaereat, po-
nit, atque plurima phaenomena ſecundum has regu-
las egregie explicat. Si phlogiſti in ferro crudo im-
minuta fuerit copia, chalybs, ſimiliter ſi in cuſo aucta
fuerit, eadem prodit. Alia, quae inter ferrum obti- p. 447.
net, differentia ea eſt, qua aliud calidum fragile, aliud
frigidum fragile appellatur. Cauſſam huius diuerſi-

tatis plerique cum RINMANNO ab acido vitriolico, quod ipſi inhaeret, deducunt, huius vero cauſſam BERGMANVS atque MEYERVS peculiarem agnoverunt materiam, quam hydroſiderum vel ſiderum nominant, atque ſemimetallum ſtatuunt; re ipſa vero ferrum phoſphoratum conſtituit, vt MEYERVS
p. 452. et KLAPROTHVS poſtea probarunt. Ratio ferri ad aërem et aquam. Terra, quae baſin ferri conſtituit, naturae eſſe videtur ſalinae, quae communibus aquae aërisque effectibus eo redigitur, vt humiditatem, aër vero phlogiſton excipiat. Per aquam ferrum ex parte in calcem mutatur, euoluiturque aër inflammabilis. Quo tentamine LAVOISIERIVS per analyſin probare ſtuduit, aquam ex principio aëris inflammabilis et dephlogiſticati conſtitui. GR. vero hoc ipſum experimentum theoriae eiusdem adverſari ſatis docuit. Aër inflammabilis non partem aquae conſtituit, ſed aqua pars modo eſt aëris inflam-
p. 460. mabilis. — Ferrum cum acidis. Saccharinum ſum-
p. 475. ma prae omnibus gaudet affinitate. — Coniunctio
p. 478. cum aliis corporibus. In atramento conficiendo Auct. noſter, cum omne acidum liberum obſit, ab omni acido praeter vitriolum, vt aceto, alumine, non
p. 488. abſtinere ſuadet. Ad flores ſalis ammoniaci martiales parandos, ſedecima iam ferri pars, quamquam plerumque maiorem copiam impendere ſolent, ſufficit. — Coniunctio cum aliis metallis.
p. 492.
p. 504. Affectiones reguli et calcis *Cobalti* primum enarrantur, praecipue modus, quo in conficiendo ſmalto
p. 511. verſari ſolent. — Tum de relatione ad acida. In atramento ſympathetico HELLOTI cobaltum ſalitum
p. 514. per calorem ſeſe prodit, propter ſummam vero in aërem affinitatem, facillime humiditatem attrahit atque deliqueſcit. Natura plerorumque ſalium, quae e cobalto formantur, vt fluoratum, phoſphoratum, arſenicatum, ſuccinatum, nondum diligenter inueſtigata ſunt.

ſunt. — Ratio cobalti ad alia corpora atque metalla. p. 518.
Fuerunt, qui regulum cobalti non ſui generis metal- p. 520.
lum, ſed ex aliis conflatum haberent. Cui quidem ſententiae fauet, quod magnetem ſequatur, ferrum ſub quibusdam conditionibus caeruleo colore imbuat. Alia vero, eaque grauiora ſunt momenta, quae contrariam ſententiam ſuadeant.

Stanni virtutes, ad acida ratio, initio enarrantur. p. 525.
Menſtruum ſtanni fortiſſimum Auct. illam aquam 28.
regiam habet, quam ex aquae fortis puri duabus partibus et acidi ſalini communis ferro non inquinati vna parte parari iubet. Cum vero omnia eo redeant, ne ſtannum omni orbetur phlogiſto, variae adiectae ſunt cautelae. Praecipue in arte tinctoria hac ſtanni ſolutione vtuntur. Coccionella enim hac ſolutione eo viuidiorem colorem rubro-flaueſcentem induit, quo plus acidi nitroſi inhaeſerat, ſtannum vero acido ſalino ſolutum colorem carmini rubrum cum coccionella efficit. — Coniunctio cum p. 537.
aliis corporibus atque metallis. In explicanda pur- p. 542.
purae mineralis ortu atque natura Auct. noſter BERGMANO et LEONHARDIO aſſentitur. Spiritum LIBAVII p. 548.
fumantem iuſta ſub tractatione gas ſui generis euolvere, magna cum veri ſpecie Auct. ſtatuit. Vapores vero, quos emittit, exinde eſſe explicandos, quod aër atmoſphaericus plenaria dephlogiſticatione huius gas miſtionem decomponat. Tollitur igitur ſtatus aëriformis, acidum ſalis ſtanno imbutum forma vaporis praecipitatur, et materia caloris ligata ex parte libera redditur.

Zinci virtutes. Non temere in zinco acidum p. 564.
quoddam principium, forte phoſphoratum, vt DE LASSONE et WENZELIVS ſuſpicati ſunt, ſtatuitur.
— Summa acidum ſaccharinum praeter reliqua aci- p. 576.
da in calcem zinci gaudet affinitate. Multorum tamen acidorum virtus atque efficacia nondum dili-

p. 578. genter explicata eſt. — Ratio zinci ad alia corpora
p. 581. vt alcalia, ſalia, ſpiritum vini, ſulphur. — Cum aliis metallis vt auro, platina, argento, hydrargyro, cupro faciliora, difficiliora cum aliis, plumbo, wismutho, arſenico, ſtanno, connubia init.
p. 595. De *Antimonii* regulo, floribus, calce. Tinctura antimonii acris a tartariſata, qua vires medicas, prorſus non differt, ideoque formulae ipſam parandi in-
p. 599. ſto longiores ſunt. — Reguli ad acida relatio, e qui-
p. 605. bus reg linum fortiſſime in ipſum agit. — Efficacia aliorum corporum. Cum ſulphure conſtituit antimonium crudum, cuius tractandi ratio, natura, atque
p. 609. praeparata vberius exponuntur. Praecepta ad vitrum antimoniale bonum ex antimonio crudo parandum, hic diligenter enarrantur; BERGMANI tamen via tutior cenſetur. Ex Auct. mente illud ipſum refert regulum antimonii non omni phlogiſto orbatum, cum ſulphuris adhuc particula inhaereat. In conficiendo tartaro emetico methodum BERGMANI ex puluere algarothi probat quidem, alteram tamen ex antimonii vitro non plane reiicit. Tartarum tartariſatum antimoniatum, qua naturam ſuam, ab emetico vulgari prorſus non differre, Auct. Cl. ex illius
p. 627. natura declarauit. Inter tincturas antimoniales praecipue illa, quam HERMBSTAEDTIVS nuper commendauit, reliquis praeferenda eſt. Tinctura THENARDII mera eſt terrae foliatae tartari in ſpiritu vini ſolutio. Regulus antimonii medicinalis a crudo
p. 631. minori ſulphuris quantitate differt. — De connubiis quod tum regulus antimonialis, tum antimonium
p. 638. crudum cum aliis metallis ineunt; puluis algarothi calcem refert antimonii, quae phlogiſticata vi emetica adhuc gaudet. Mercurius per accidens modo huic puluери inhaeret tunc, quando butyrum antimonii mediante mercurio ſublimato corroſiuo paratum fuit.

Magne-

Magneſium, ſiue regulus magneſiae vitriariorum, quamuis ſui generis metallum vere habendum ſit, nondum tamen ab omni purgari potuit ferro. — p. 647.
Cauſſa egregie illius colorum mutationis, quae, ſi calcem magneſii cum boracis maiori vel minori quantitate modo propius, modo remotius a flamma fuderis, euenit, in auiditate magneſii phlogiſton attrahendi quaerenda eſt. Hoc ipſo quoque fundamento nititur vſus magneſii in arte vitriaria, et in aëre dephlogiſticato conficiendo. — p. 651.
Ex acidis acidum ſacchari ſumma in ipſum fertur affinitate, quod tum regulum magneſii, tum ipſum magneſium fortiter aggreditur. p. 656.
Hoc magneſio vitriariorum habet proprium, quod acidis eatenus ſoluatur, quatenus connubium cum phlogiſto inire poſſit, ſiue illud ipſi iam inſit, ſiue in acido lateat. — p. 658.
Ratio ad alia corpora. Cum nitro format chamaeleon minerale. — Coniunctio cum reliquis metallis. Deſcribitur praecipue modus ferrum a magneſia vitriariorum purgandi et magneſiam ab admiſto ferro puram reddendi.
Molybdaena, eiusque *acidum*. Illius habitus et affectiones, vbi tentamina SCHEELII, ILSEMANNI et HEYERI cum hoc corpore inſtituta enarrantur. p. 670.
De natura acidi molybdaenae et ratione ad alcalia, terras, et alia acida. p. 684.
Ipſam molybdaenam puram DR. Cl. regulum huius metalli habet, cum per ſulphur non ſit mineraliſatum, ſufficientem phlogiſti copiam contineat, ſplendoremque vere metallicum ſpargat. Exigua partium cohaeſio identitatem eiusdem ſuadet. Praecipue coniunctio huius metalli cum aliis metallis diligentioribus inueſtiganda erit tentaminibus.
Regulus ſpumae lupi, cuius terra metallica partem lapidis ponderoſi et ſpumae lupi efficit. SCHEELIVS primus acidum e lapide ponderoſo elicuit, cuius ipſius natura hic deſcribitur. Fratres vero D'ELHUYAR p. 687.

HUYAR acidum eduxerunt purius, eiusque indolem diligentiſſime rimati ſunt.

p. 700. Sub finem paucis modo noui metalli iniicitur mentio, quod KLAPROTHVS nuperrime nomine *Vranitis* deſcripſit. Auct. Cl. vero potius Vranii nomen placet.

Huius enchiridii egregii vtilitas mirum in modum eo adhuc augetur, quod indice copioſiſſimo vſui eiuſdem optime conſulatur. Tabulae duae, quae in fine annexae ſunt, ſeriem affinitatum chemicarum tum ſicca, tum humida via offerunt.

V.

Einleitung zur allgemeinen Scheidekunſt, entworfen von CHRISTIAN EHRENFRIED WEIGEL, *erſtes Stück. Vorbegriffe, Anfang der allgemeinen Bücherkunde. Leipzig bey Siegfried Lebrecht Cruſius, pag. 556. gr. 8. 1788. Zweytes Stück. Fortſetzung der allgemeinen Bücherkunde. pag. 920. 1790. ebend.*

h. e.

CHR. EHR. WEIGELII introductio in vniuerſam chemiam. P. I. II. Lipſiae. 1788. 1790. 8. ma.

Quod ante plures iam annos et ab eo inde tempore, quo munus profeſſoris chemiae publicum in academia Gryphiswaldenſi in ſe ſuſceperat, ſibi Auct. Cl. animo propoſuerat conſilium; vniuerſam chemiam omnesque eiusdem partes non compendio modo adumbrandi, ſed inſigni opere amplificandi, illud iam edendo hoc libro perficere ſtuduit. Brevem quidem huius totius operis conſpectum ante plures iam annos libro *) minori cum erudito communicauit

*) *Grundriſs der reinen und angewandten Chemie zum Gebrauch*

nicauit orbe, iamque hisce annis primis huius operis tomis publicandis rem ipsam aggressus est. Introductio, quae singulare aliquod opus constituet, quatuor absoluetur voluminibus, quibus notiones quaedam vniuersales proponuntur, libri omnem chemiam spectantes recensentur, quo pertinent systemata atque compendia chemiae, opuscula atque collectiones tractatuum minorum, a singulis auctoribus editorum, commentarii academiarum atque societatum scientiae naturalis, collectiones tractatuum a diuersis auctoribus editorum in libros quosdam periodicos, bibliothecae, ephemerides et annales litterarii, tum historia chemiae fusius pertractabitur, tandemque signa chemica explicabuntur.

In ipsis vero chemiae praeceptis tradendis id inprimis spectauit, vt quisque, qui partem chemiae applicatae colit, quaecunque ad illud caput spectant, ordine quodam concinnata atque collecta inueniret. Quo quidem consilio omnem chemiam in puram et applicatam diuisit. Pura de principiis chemiae modo simplicioribus, modo magis compositis, de instrumentis, operationibus, earumque effectibus agit; applicata vero modum, quo haec disciplina ad artes amplificandas impendi possit, monstrat. Applicatae quidem initium chemia technica constituet, qua tanquam genere comprehendentur georgia vel lithurgia, quae terras atque lapides, halurgia, quae salia, phlogurgia, quae corpora inflammabilia, chemia metallurgica, quae metalla tractat, quo cognitio metallofodinarum, minerarumque tractatio, docimasia metallorum, alchymia spectant; porro hyalurgiae, quae de vitris agit, chemiae partes, quae in superficiebus corporum, in coniungendis corporibus ver-

 santur,

Gebrauch academischer Vorlesungen entworfen von CHRIST. EHRENFR. WEIGEL, *I. II. Band. Greifsw.* 1777. 8.

ſantur, zymotechnia, quae fermentationes tractat, et chemia architectonica huc trahendae ſunt. Alterum applicatae caput chemia phyſica explebit, quae doctrinas tum in phyſice generali, tum in ſpeciali ſiue hiſtoriali naturali obuias illuſtrabit. Tertium chemia oeconomica occupabit locum, qua de cultu vegetabilium, de bonitate agri, de ſyluarum atque hortorum cultura, de animalium vſu diſſeret. Quartum denique caput, chemia medica, omne abſolutum opus, quae commode in phyſiologicam, pathologicam pharmaceuticam, (quae rurſus materiam medicam, pharmaciam atque artem formulas concinnandi complectitur); diaeteticam et therapeuticam diſpeſcitur, quibus ea, quae ad medicinam politicam et forenſem ſpectant, ad finem ſubiungi poſſunt.

Vol. I. p. 1. Initio ſtatim diſtincta chemiae notio, atque differentia, a reliquis ſcientiae naturalis partibus, matheſi, phyſice et hiſtoria naturali proponenda erat. Haec ipſa notio vberius explicatur. Verſatur inprimis chemia in reſoluendis et componendis corporibus.

p. 3. Diuerſa eſſe principia, quae per examen chemicum obtinemus, variis illuſtratur exemplis. Si in componendis corporibus principia eiusdem naturae et indolis, eodem numero atque ratione copulaueris, eadem prodibunt corpora, ſin minus, diuerſa. Iura igitur illae partes, quae e corpore quodam antea elicitae, illud rurſus conſtituunt, conſtitutiuae partes, diſſimilares, principia appellantur. Mixtio vero est complexus omnium harum partium. Decomponuntur corpora per alia, quibus cum vel partes ſeiungendae connubium ineunt, vel quae magna in partes relinquendas trahuntur affinitate, atque reliquas dimittunt. Neque vero ſemper ad naturam partium conſtituentium intelligendam decompoſitione indigemus, ſaepiſſime illarum indoles ex ipſarum compoſ-

p. 13.

p. 15.

p. 21. biis intelligitur. Altera naturam corporum indi-

gandi via in compoſitione verſatur, qua partes conſtituentes vel ſimpliciter copulantur, vel per decompoſitionem demum vniuntur. Partes, quas decom- p. 24.
poſitione corporum obtinemus, modo eductae, modo productae ſunt, difficilius vero fuerit, propter mixtionem corporum interdum obſcuram, cuius naturae partes productae ſint, accurate finire. Diuiſio- p. 26.
ne contra corporum mechanica partes integrantes, ſimilares, mechanicas obtinemus. Quae quidem ſi in corpus aliquod coniunguntur, aggregatum appellamus. Ad partes conſtituentes recte diſtinguendas p. 32.
diſcrimen inter propiores et remotiores, quod veteres chemici neglexerunt, probe erit notandum. Haec quidem in principia et elementa rurſus diſtinguuntur. Pro vario partes conſtituentes copulandi mo- p. 37.
do ſequens conſtitui poſſet ordo: corpora mixta, compoſita, decompoſita, ſupra-decompoſita, Ordines vero corporum aggregatorum propter diuerſam et multitudinem et magnitudinem partium congeſtarum nondum ſatis ſunt definiti. Magna cum diligentia Auct. Cl. hasce notiones paullo abſtractas exemplis exquiſitis illuſtrare, lucidioresque reddere ſtuduit. — Exinde igitur, quod chemia in reſoluen- p. 40.
dis componendisque corporibus verſatur, omnia omnino corpora ipſius ſubiecta eſſe ditioni patet, ipſiusque vſum quam latiſſime patere. Non enim ſolum hoc cum reliquis diſciplinis commune habet, vt vires animi colat, obſeruandi ſtudium augeat, iudicium poliat, ſed ad ſingulas quoque diſciplinas amplificandas multum facit, ad phyſicen, hiſtoriam naturalem, medicinam eiusque partes ſingulas, technologiam, oeconomiam, diſciplinas camerales, commercium. — Inſtrumentorum atque operationum p. 91.
chemicarum notio explicatur. — Diuiditur chemia p. 92.
vel ſecundum methodum, qua tractatur, in theoreticam et experimentalem, vel pro diuerſa, quae tra-

ſtantur, corporum natura in puram et applicatam. Haec quidem vel ſecundum ipſa corpora, vel ſecundum mutationes, quas ſubeunt, varie diuiditur. Summa quoque, quem Auct. Cl. ſibi elegit ordinem, vberius hic expoſuit.

p. 121. Alterno introductionis huius capite fontes recenſentur, e quibus chemica cognitio haurienda eſt. Diuiſit vero Auct. in compendia atque enchiridia chemiae, in opuſcula a ſingulis auctoribus edita, in commentarios, ab academiis ſcientiarum et ſocietatibus eruditorum conſcriptos, in collectiones a variis auctoribus compoſitas, in libros, qui hiſtoriam literariam ſpectant, ephemerides, bibliothecas, annales, catalogos, lexica, quibus ſingula explicantur. In allegandis libris Cl. w. titulos accurate transſcripſit, varias editiones, verſiones ſtudioſe collegit, annales litterarios, quibus libri recenſentur, commemorauit, breuibus iudicium de bonitate libri expoſuit, hinc inde dubia ſua ſigno interrogationis ingenue faſſus

p. 122. eſt. — Compendiorum quidem numerus ad 185 vſque accreuit, ſimiliterque 391 opuſcula, quibus tractatus minores ſingulorum auctorum congeſta ſunt, recenſentur.

Vol. II. Altero huius introductionis volumine commentarii atque acta ab academiis, ſcientiarumque ſocietatibus edita, ordine chronologico enumerantur. Ad inſignem enim inde a medio hocce ſeculo ſocietatum huius generis numerus creuit multitudinem.

p. 11. Praecipuarum modo hic iniiciamus mentionem. So-
p. 74. cietas regia Londinenſis, ſocietas imperialis naturae
p. 141. curioſorum, academia ſcientiarum Florentina, Pari-
p. 300. ſienſis, Berolinenſis, Lugdunenſis, Inſtitutum Bono-
p. 397. nienſe, academia Petropolitana, medicorum Edin-
p. 474 burgenſium ſocietas, academia Suecica, Diionenſis,
p. 548 Haunienſis, Gedanenſis, Gottingenſis, Harlemenſis,
p. 609. Moguntina Erfurti, Londinenſium medicorum, Tu-
ricenſis,

icenſis, oeconomica Bernenſis, Bauarica; ſocietas p. 626.
griculturae Pariſiis atque in aliis Francogalliae lo- p. 641.
is, Theodoro-Palatina, ſocietas oeconomica Lip- p. 671.
ienſis, phyſico-oeconomica, quae *Lauternae* eſt, ſo- p. 698.
ietas, naturae ſcrutatorum Berolinenſis. p. 824.

Diligentia, qua Auct. Cl. in hiſtoria huius diſciplinae literaria enarranda, verſatus eſt, de toto hoc opere in nobis ſpem alit dulciſſimam, fore, vt ipſum, ſequentibus annis abſoluendum, omnium huius artis cultorum vſui egregie ſit inſeruiturum.

VI.

Mémoires de l'academie royale des ſciences. Années MDCCLXXXIV -- LXXXV. Première partie. A Turin. Chez Jean Michel Briolo, imprimeur-libraire de l'academie. MDCCLXXXVI. 4. pagg. LVI. et 497.

h. e.

Acta academiae regiae ſcientiarum Taurinenſis. Ann. 1784-85. P. I.

Quae priuatis ſtudiis ſocietas Auguſtae Taurinorum diſciplinas maxime phyſicas et mathematicas ornauit auxitque editis quinque miſcellaneorum philoſophico-mathematicorum voluminibus, nunc regia auctoritate de iisdem diſciplinis ſcribendo agendoque bene mereri pergit. Iam aliquot actorum ſuorum volumina, ex quo academiae regiae titulo ornata eſt, publici iuris fecit, quorum primum nunc recenſebimus, reliquorum contenta propediem daturi.

Praemittitur huic volumini *commentatio hiſtorica*, in qua tum de academiae inſtitutione refertur, tum ea narrantur, quae per annos 1784-85 ei acciderunt.

I. *De acidorum vi et efficacia in varia corpora metallica ac ſalino-terrea naturae vitriolicae, auctore* p. 1-18.

Com.

Com. DE SALUCES. Conſtat, complures ſales et perfecte ſaturatos ab vberioris tamen acidi connubio neutiquam abhorrere. Quae hac ſuper re in chemicorum ſcriptis paſſim leguntur, mouerunt illuſtr. auctorem, vt inde ab anno 1761. varia tentamina cum ſalibus metallicis et terreſtribus hoc conſilio inſtitueret. Quem laborem etſi ad finem perducere auctor non potuit, illorum tamen tentaminum fructus noluit omnes intercidere. Hac itaque diſſertatione commemorantur experimenta capta cum oleo vitrioli et vitriolo viridi: cum ſpiritu ſulphuris et vitriolo viridi: cum ſpiritu vitrioli et vitriolo viridi: cum oleo vitrioli et vitriolo caeruleo: cum ſpiritu ſulphuris et vitriolo caeruleo: cum ſpiritu vitrioli et vitriolo caeruleo: cum oleo vitrioli et vitriolo albo: cum ſpiritu ſulphuris et vitriolo albo: cum ſpiritu vitrioli et vitriolo albo: cum oleo vitrioli et alumine: cum acido nitri fumante et vitriolo viridi.

p. 19.–30. II. *De formulis analyticis geneſin ſuperficierum curuarum exprimentibus, auctore* MONGE.

p. 31.–33. III. *De integratione aequationis differentiis partialibus* $L\frac{ddz}{dx^2}+M\frac{ddz}{ddxy}+N\frac{ddz}{dy^2}=0$, *in qua coëfficientes* L, M, N *ſunt quilibet.* Auctore MONGE.

p. 34.–50. IV. *Indagatio phyſica naturae ac cauſarum morbi, qui equos equitum regiorum leuis armaturae (dragons du roi) Foſſani menſe Martio anni* 1783 *infeſtauit.* Auctore BRUGNONE. Fuit *febris maligna, peſtilentialis et contagioſa*, iam a BERTINO deſcripta, quae tum demum ſiſti potuit, cum animalia veneno infecta

p. 38. necarentur. In cadaueribus cruor repertus eſt admodum niger, ſpiſſus, viſcoſus, qui nihil ſeroſi exhiberet, etiamſi per dies integros in vaſis quiete ſeruaretur. Nihil foetoris cadauera ſparſerunt; ſub cutis in contextu celluloſo, in muſculis, ventriculo, inteſtinis, pulmonibus, ipſoque corde, maculae nigrae

grae viſae ſunt. Lien fuit ſolito nigrior vaſisque admodum dilatatis: hepar renesque ſani: veſica vrinaria, membrana pituitaria et pharynx fere ſemper inflammati: meninges cerebrumque ſana: pulmones toti gangraena corrupti, ac ſanguine nigro, ſpumoſo referti, certe maculis nigris aut liuidis infecti: glandulae lymphaticae pleraeque obſtructae, nigrae quaſique aduſtae: contextus celluloſus his glandulis vicinus humore flauido et gelatinoſo fartus. — Cenſet auctor, lymphae inſpiſſationem inter cauſas morbi proximas referendam, neruosque atoniam quandam paſſos eſſe. Haec vero vitia repetit a totius ſanguinis deprauatione, quae, vnde originem traxerit, parum conſtat. Suſpicio quidem erat, morbum e pabuli inſalubritate ortum eſſe: nam loco auenae ſecale equis datum fuerat, quod praeter alia grana peregrina, ſed innocua, ſemina lolii temulenti, papaueris rhoeados, cynoſuri echinati, bromi ſecalini, centaureae cyani, allii roſei contineret, quae ſanitati equorum nocere potuiſſe videbantur. Sed repugnant huic opinioni tentamina auctoris cum quatuor equis ſanis inſtituta. Igitur veroſimilius mali origo a ſecalis fermentatione deriuatur: nam detectum eſt, qui equorum paſcendorum curam ſuſceperat, grana, vt volumine creſcerent, priusquam equis darentur, aqua maceraſſe. — Nullum remediorum in morbis ſimilibus vſitatorum quicquam valuit, adeoque inoculatio ab auctore fruſtra tentata fuit.

p. 39.

p. 40.

p. 44.

p. 46.

V. *Experimenta et obſeruationes ſuper aëre dephlogiſticato, auctore Com.* DE SALUCES. *Pars I. Cur calx viua cum acidis non efferueſcat, deque phaenomenis, quae ab aëris fixi abſentia et tranſitu vulgo repetuntur.* Parum placet ill. auctori, calcis viuae cauſticitatem inque acidis ſine efferueſcentia ſolutionem ab acidi aërei abſentia repeti. Non negat, fruſta maiora

p. 51. — 94.

p. 53.

maiora bene exuſtae acido cuilibet immiſſa aut e
perfuſa vix ſenſibiliter efferueſcere: ſed idem exp
rimentis fultus affirmat, ſi calx in moleculas ſubtili
res redacta ſit, etiamſi aëris atmoſphaerici contactu
diligenter arceas, tamen acido adfuſo efferueſce
tiam ſatis acrem cieri, aëremque plus minusue me
phiticum expelli; quod ipſum de alcali fixo cauſtico
p. 59. aſſerit. Cum calcem viuam aqua deſtillata extin
gueret, aër euolutus eſt naturae cauſticae, quem de
phlogiſticatum eſſe cognouit. Vnde concludit, i
calce viua, quemadmodum in mercurio praecipitato
p. 63. rubro, aërem dephlogiſticatum ineſſe, indeque eius
proprietates, efferueſcendi vim (quae ſemper exſer
tur, ſi modo calcem viuam, antequam fluidum co
tingit, vt puncta contactus augeantur, in molecula
ſatis exiguas redegeris) et cauſticitatem, deriuari.—
Adduntur plurima de aëre dephlogiſticato, ſiue, v
auctori placet, elementari, reliquisque aëris ſpeci
bus, ſed talia, quae potius coniectura, quam experi
mentis nituntur.

p. 95.— VI. *De percuſſione fluidorum.* *Auctore* DE LA
108. GRANGE.

p. 109. VII. *De montium altitudine barometro menſura-*
—130. *da.* *Auctore Abb.* DE CALUSO.

p. 131. VIII. *Inquiſitio anatomico-pathologica in aneury-*
—152. *mata arteriarum cruralis et poplitaeae.* *Auctore* PE-
CHIENATI. Praemittitur breuis harum arteriarum,
earumque ramorum ac ramulorum deſcriptio anato
mica, comprehendens nouas auctoris obſeruationes
p. 138. de illorum ortu, diſtributione et anaſtomoſi. Si aneu
ryſma verum aut ſpurium arteriae cruralis ab arcu
crurali illoque loco, vbi arteria profunda femoris or
oritur, quantum ſatis, diſtat, compreſſionis vel liga
turae beneficio ſanatio ſperari poteſt: tot enim ana
ſtomoſes ramis arteriae hypogaſtricae cum ramis ar
teriarum circumflexarum intercedunt, vt ſatis ſuper

que ſanguinis ad femur et crus nutrienda illis adue-
hatur. Pari modo vulnera et aneuryſmata vera ar- p. 141.
teriae cruralis inter arteriam profundam et popli-
taeam ſalùo femore ob anaſtomoſes arteriae circum-
flexae externae cum ramo inſigni ex inferiore arteriae
cruralis extremitate aut arteriae poplitaeae initio
exoriente curari poſſunt. — Aneuryſmata poplitis, p. 143.
quae MARCVS AVRELIVS SEVERINVS primus vide-
tur commemoraſſe, in Italia frequentiſſime occur-
runt: quam morbi huius frequentiam a tibialium
vinculis iuſto arctius conſtrictis repetendam eſſe, au-
ctor coniicit. Primum tentanda eſt compreſſio, p. 144.
quamdiu tumor modicus eſt, ſed ita tentanda, vt ſo-
lus tumor parsque membri tumori oppoſita compri-
mantur. Sin tumor nimis excreuit, ad ligaturam
arteriae poplitaeae ab HEISTERO et HALLERO com- p. 147.
mendatam recte confugitur, ſi modo aneuryſma ve-
rum non totam poplitis cauitatem occupat, in ſpu-
rio autem apertura arteriae non per totum ſpatium
inter arterias articulares ſuperiores et inferiores ex-
tenditur: in his enim caſibus ligaturam gangraena
certo ſequeretur. Si tumor aneuryſmaticus ad eum
vſque locum procurrit, vbi tendo muſculi tricipitis
arteria crurali perforatur, pariter eſt ligatura abſti-
nendum. Si nec compreſſioni nec ligaturae locus p. 149.
eſt, cruris amputatio ab auctore commendatur.

IX. *Inquiſitio anatomico-pathologica in aneuryſ-* p. 153.
mata. De diuiſionibus, ramificationibus et aneuryſma- – 190.
tibus arteriarum humeri et brachii. Auctore eodem.
Hac diſſertatione aneuryſmata arteriarum axillaris
ac brachialis pertractantur. Si aneuryſma ſupra fle p. 153.
xuram brachii prope axillam ſitum eſt, ab auctoribus
in vniuerſum tanquam vnicum mali remedium bra-
chii aut amputatio aut exſtirpatio commendatur.
Nihiloſecius ob anaſtomoſes, quae inter arterias hu-
meri, brachii cubitique intercedunt, noſter iure ſuo

ſibi

ſibi videtur contendere, ſaepiſſime membrum ſec-
vari, ſaltim exſtirpationi aliam operationem, cui ma-
p. 154. gis confidas, ſubſtitui poſſe. Ac primum quidem,
vt ſuam confirmet ſententiam, arteriarum humeri et
brachii anatomicam deſcriptionem ex praeſtantiſſi-
mis petitam auctoribus ſuisque obſeruationibus fo-
matam et auctam ac tabulis aeneis illuſtratam ſiſtit.
p. 178. Tum indicantur varii caſus, in quibus membro ſalua
p. 181. aneuryſma ſanari poſſe videtur. Poſtremo de me-
diis arteriarum haemorrhagiam cohibendi ac vulne-
p. 183. ra curandi diſputatur. — Sub finem diſſertationis de
aneuryſmatibus in vniuerſum exponitur.

p. 191. X. *Deſcriptio geographica, mineralogica et doc-*
– 304. *maſtica terrarum regis Sardiniae ditioni in continenti*
ſubiectarum. Auctore Equ. NICOL. DE ROBILANT.
Cum charta mineralogica luculenta. Miſſis obſerua-
nibus geographiam illuſtrantibus, ex vberrimo pen-
adnotationum praeſtantiſſimarum ad mineralogiam
ac docimaſiam pertinentium pauculas depromere
p. 197. lubet. Quod de aliarum regionum montibus noti-
ſimum eſt, etiam in his terris granites ima montium
ſtrata efformat. Saxorum primitiuorum fragmenta
p. 198. vbiuis ſparſa adeoque in ſummis montibus obuia ſa-
tis declarant, quanta vis telluris cortici inundatione
vniuerſali illata fuerit. De hac terrae noſtrae mu-
tatione montibusque inde oriundis fuſe ill. auctor
diſſerit. Indidem repetuntur antiquorum temporum
p. 207. terrae motus crateresque igniuomi: nam cenſet ill.
auctor, aquam, cum a terra biberetur, mineris py-
ticis oblatis feruorem concitaſſe, qui terrae cor-
p. 210. cem quaſſaret ac flammam gigneret. — In montibus
calcareis primitiuis nulla occurrunt petrefactorum
veſtigia. Praeter calcem ac graniten quarzum, ſteа-
tites, lapis corneus etc. montes primitiuos conſti-
tuunt. Strata argilloſa cupri minerarum feracia ſunt.
Nec fontes ſalis marini, qui aquae ſalſae concentra-
tione

ione et coctione paratur, ac lithanthracum optimorum ſtrata deſunt. Prope Curiam maiorem (*Courgeur*) exſtant luculenta foſſarum ac puteorum Romanis, vt probabile eſt, admirabili arte actorum veſtigia, de quibus noſter accurate exponit. Ibidem p. 229.
caturiunt aquae medicatae, quarum duo fontes ab auctore indicati ſunt. Vnius aqua ſedimentum flauidum, alterius albiſſimum demittit. Haec guſtu eſt ſpirituoſo, partesque calcareas, ſalem alcalinum et acidum aëreum, ſed nihil ferri continet. Illa, vt videtur, ferrum vehit. Thermae ad St. Theodorum (*St. Didier*) admodum laudantur: ſulphuris hepar non olent: calcem ferrumque tenent: quam deponunt ochram martialem, a mineris pyriticis inflammatis videtur proficiſci: quae inflammatio cum calcem (mons, vnde thermae ſcaturiunt, calcareo lapide ſcatet) exurere videatur, caloris aquae ratio facile patet. Vallis Sturenſis (*la vallée de Sture*) p. 246.
thermae pariter celebrantur: ex lapide marmoreo roſiliunt, multum calent, ochram deponunt ſubruram, indolis hepaticae ſunt, pauxillum ſalis marini continent, nec aëre carent ſpirituoſo (*gas ſpiritueux*), qui morbis, inprimis vulneribus, mire medetur. Mon- p. 254.
tes prope Derthonam (*Tortonne*) ſulphure abundant, quod paſſim effoditur deſtillandoque purgatur.
– Sequitur copioſa atque accuratiſſima relatio de p. 258.
minerarum principiis docimaſtice exploratis, cui hic illic adſperſae ſunt obſeruationes mineralogicae et chemicae, e. g. de cryſtallis montanis acus exiguas p. 289.
ro antimonialibus habitas concludentibus, de aquae illae fontibus etc. Finem facit diſſertationis expli- p. 294.
catio chartae mineralogicae.
XI. *De rore productisque aëreis ex eo elicitis. Au-* p. 305.
tore Com. MOROZZO. Calor minor illo, quo aqua –312.
bullit, ex rore aërem extricat, qui quoad magnam partem aër fixus eſt. Tinctura heliotropii cum rore

commixta rubeſcit: aqua calcis eodem addito ce-
cem aëratam demittit: vt de aëris fixi in rore pre-
ſentia dubitari nequeat. Vnde intelligitur, quom-
do ferrum rore in crocum vertatur (*ſafran de ma-
à la roſée*): ſcilicet aër roris fixus ferrum calce
coloremque ei rubrum iuducit: ſimilisque croc
obtinetur, ſi ferrum aqua aërata tractatur. Prae
aërem fixum ex rore purus, inflammabilis et phlo
ſticatus extricari poſſunt.

p. 313. XII. *Experimenta eudiometrica de aëre puro r*
–320. *ſpiratione animalium corrupto. Auctore Com.* MONG
zo. Experimentis ſuis edoctus ill. auctor aſſe
animal in aëre puro, in quo iam aliud animal m
tuum ſit, diutius, quam in aëre atmoſpharico, vi
re, aëremque purum nunquam adeo vitiari poſſe,
animal, ſimulac eum hauriat, ſuffocetur, quemadm
dum in aëre atmoſphaerico accidere nouimus. N
minus didicit, aërem purum quantumuis vitiat
ſi vitam animalium in eo incluſorum ſpectes, tam
flammam optime alere. Perexigua huius aëris
piola fere omnes aëres mephiticos, etſi non reſpi
biles, tamen ad flammam alendam idoneos redd
— Ipſa experimenta eudiometrica tabula comp
p. 316. henſa ſunt. Haec vero vulgari de eudiometro th
riae prorſus repugnant. Scilicet aëris puri, in
animal mortuum eſt, maiorem eſſe, quam eiusd
aëris reſpirationem animalis non experti, bonita
eudiometrum ſignificat, ſi illi theoriae fides hab
da eſt. Hac de re auctor alibi diductius diſſe
p. 318. Sub finem adduntur experimenta cum phoſph
Bononienſibus in variis aëris ſpeciebus inſtituta,
quibus noſter in actis ſocietatis Italicae fuſius d
tat *). Phoſphorus Bononienſis in aëre deph
ſfic

*) Memorie di matematica e fiſica della ſocietà Ita
na. Tomo III. Verona. 1786. 4. (pag. 420–4

ficato clarius, quam in aëre vulgari, lucet: in aëre fixo mox exſtinguitur: in phlogiſticato lucet, ſed minus, quam in atmoſphaerico: in inflammabili ab initio fere eodem ſe modo, vt in vulgari, habet, ſed horis circiter 36 elapſis, lumen eius minuitur, aërque ſaepiſſime non amplius accendi poteſt, flammam tamen candelae alit, nec animalia ſuffocat: in aëre nitroſo protinus eius lux exſtinguitur, poſtque 24 horas aër nitroſus, ſi vulgari admiſcetur, non amplius vapores rubros gignit. Phoſphori fragmenta, quae aliquamdiu in aëre nitroſo aut fixo iacuerunt, etſi tum aëri libero exponuntur, non amplius lucem emittunt, denuoque prunarum igne per duas horas calcinanda ſunt, vt lucendi facultatem recuperent. Animal in aëre dephlogiſticato, vbi phoſphorus Bononienſis duodequinquaginta horas fuit, propemodum tamdiu, quamdiu in aëre dephlogiſticato puro, durat; ſed candela mortuo illo immiſſa exſtinguitur, licet aliud animal eidem vaſi inditum diutiſſime viuat; hoc quoque mortuo candela introducta pariter exſtinguitur, necdum tamen aër adeo corruptus eſt, quin tertii animalis vitam ſatis diu conſeruet.

XIII. *Diſſertatio ſuper acidi phoſphorei ex oſſibus extricati depuratione, complectens experimenta, vnde intelligatur, qua ſit indole vltima terrae portio acido phoſphoreo adhaerens. Auctore* BONVOISIN. *Pars I.* p. 321. – 328.

Vt auctor acidum phoſphoreum purius obtineret, minus olei vitrioli, quam vulgo praeſcribitur, ad oſſa decomponenda adhibendum putauit, quippe ſperans, fore, vt hac ratione cum totum acidum vitriolicum ad ſeleniten formandum impenderetur, adeoque euaporationis alioquin neceſſariae taedio ſuperſederi poſſet, tum omne inquinamentum terreum, quod gypſeae eſſe naturae legerat, ob acidi ſuperſaturantis abſentiam minus ſolubile in fundum vaſis decideret. Itaque tantummodo quatuor libras olei vitrioli p. 322.

cum ſex libris oſſium vitulinorum ad albedinem exuſtorum ac pulueratorum commiſcuit. Sic ſane nihil propemodum acidi vitriolici in liquore remanſit, quod euaporatione abigendum eſſet. At vero acidum phoſphoreum inquinamento conſueto neutquam caruit. Etenim ad certum gradum concentratum magnam vim albi praecipitati demiſit, et lixatum percolaretur, adque mellis conſiſtentiam inſpiſſaretur, adeoque in vitrum funderetur, non tamen claritatem perfectam, quae ſolius acidi puri eſt, nanciſci potuit. Vt igitur noſter hoc inquinamentum, quod ſeleniticum ei videretur, amoueret, alcali volatili aërato vtendum primo cenſuit. Sed cum ingentem copiam terrae, quae inter euaporationem continenter delaberetur, conſideraret, ſuſpicio ei nata eſt, quod tantopere ſolubile eſſet, vix eſſe poſſe inſolubilis ſeleniticae. Itaque alcali volatile cauſticum tentauit: quo infuſo magna vis praecipitati decidit —

p. 324. Hac igitur methodo ad acidi phoſphorei depurationem vſus eſt. Quatuordecim vnciis acidi phoſphorei concentrati alcali volatile cauſticum paullatim adfudit. Duabus eius vnciis adfuſis, nihil amplius praecipitatum eſt. Hoc praecipitatum diligenter edulcoratum ſiccatumque duarum vnciarum fuit. Liquor euaporatione tum cryſtallos dedit, tum ſedimentum terreum demiſit. Vnde cum noſter intelligeret, alcali volatile cauſticum non omne inquinamentum amouiſſe, liquori aëratum inſtillauit, qui pariter praecipitatum obtinuit. Hoc edulcoratum et ſiccatum vnciam cum duabus drachmis pepedit. Poſt liquor euaporatione cryſtallos eiusdem cum prioribus naturae exhibuit, ſed nihil amplius ſedimenti apparuit. Vnde auctor concludit, alcali volatile aëratum ad acidum phoſphoreum ex oſſibus extractum omni inquinamento terreo purgandum ſufficere. — Iam noſter cryſtallorum iſtarum, quas alcali

alcali volatile phoſphoratum eſſe apparet, naturam diligenter deſcribit, acidique phoſphorei earum fuſione parati ab eo, quod vulgari modo ex oſſibus elicitur, differentiam exponit.

XIV. *Eiusdem diſſertationis pars altera, compre-* p. 329.
hendens experimenta cum ſedimentis ex acido oſſium – 340.
phoſphoreo alcali volatili cauſtico alcalibusque aëratis exuſſis capta, vna cum nonnullis obſeruationibus de proprietatibus acidi ſaccharini.

Quod ex acido oſſium phoſphoreo alcalibus aëratis (nam fixi eadem, quae volatilis, vis eſt) praecipitatur, nihil eſt aliud, quam terra calcarea aërata. Ad alterius praecipitati naturam inueſtigandam auctor plurima inſtituit experimenta, quae hic ordine recenſentur. Ex his conſequitur, primum errare eos, qui acidum phoſphoreum gypſo contaminari arbitrantur, tum ſedimentum terreum alcali volatili cauſtico deturbatum veram eſſe terram animalem. De hu- p. 333.
ius ſalis analogici indole noſter copioſe diſputat. —
Iam de acidi ſaccharini cum terra calcarea affinitate calcisque ſaccharatae natura diſſeritur. Acidum p. 337.
ſaccharinum non ſemper calcis praeſentiam prodit: nam ſi calcis ſolutio acido ſuperſaturata eſt, acido ſaccharino addito nihil calcis ſaccharatae fundum petit. His in caſibus auctor ſuadet, vt calcis menſtruum abundans alcali volatili cauſtico ſaturetur, priusquam acidum ſaccharinum addatur. — Ad p. 339.
finem explicatur, quid diſcriminis inter acidum phoſphoreum methodo auctoris paratum illudque, quod phoſphori deflagratio gignit, intercedat. Hoc ei phlogiſto inquinatum adeoque minus purum illo videtur.

XV. *Deſcriptio mineralogica montium in tractu* p. 341.
Canavois ſitorum. Auctore Equ. NAPION. Eſt haec – 374.
deſcriptio tanquam ſupplementum diſſertationis ill. DE ROBILANT, de qua ſupra retulimus, ſic vt, quae

in illa de iſtis montibus generatim dicta ſunt, hic
p. 345. ſpecialius tradantur. Pyritas primitiuos, hoc eſt
eos, qui in montibus primitiuis habitent, admodum
difficulter efflorescere, auctor aſſerit. Cum mon-
tium, quorum auctor deſcriptionem ſiſtit, pyritas
omnes aurum contineant, ſuſpicatur noſter, omnes
p. 347. pyritas primitiuos auriferos eſſe. His in pyritis au-
rum ex parte vere mineraliſatum eſſe, idem contes-
p. 352. dit. — Pyritis cupri vidit adhaerere viride mon-
num, tum vulgare, tum ſtriatum (*mine de cuivre
ſoyeuſe, Atlaserz*), mineramque cupri lazuream: ut
facile appareat, has mineras ab illorum decompo-
p. 361. tione originem trahere. — In ſerpentino reperi
cryſtallos priſmaticas, quas tubo ferruminatorio ex-
ploratas ſteatiten eſſe intellexit. — Hic illic depre-
henduntur veſtigia fodinarum antiquorum tempo-
p. 372. rum, de quibus noſter obiter diſſerit. — In ripa
Morgi (*Orco*) ad radicem montium mineris ferri ni-
bis fartorum fons martialis ſcaturit, qui quem aere
fixum continet, ex noſtri ſententia ab illarum mine-
rarum decompoſitione repetendus eſt.

p. 375. XVI. *Deſcriptio foetus petrefacti. Auctore* NER-
—380. NERI. *Cum tabula aenea.* Mulier ruſtica, quae iam
aliquoties feliciter pepererat, cornu a tauro in dextro
latere percuſſa abortum patiebatur. Anno poſt
cum ſe denuo in vtero gerere crederet, frequenter
nauſea vexabatur, vomebat, inque parte vulnerata
vehementes ſentiebat dolores. Halitus graueolen-
tia, quae quarto menſe grauitatis ſuperueniret, et
vteri haemorrhagiam diem integrum durantem ſe-
queretur, acerrimis doloribus ſtipata foetus aut
membranarum eum inuoluentium putredinem ſigni-
ficare videbatur. Cum per quatuor annos mulier
tam miſere vitam traxiſſet, tandem per vaginam
foetus petrefacti fragmenta pedetentim excluſa ſunt.
p. 378. Credit noſter, ſedem huius foetus tubam Fallopia-
nam dextram percuſſione illa laeſam fuiſſe.

XVII.

XVII. *Analyſis chemica eiusdem foetus. Auctore* p. 381.
BONVOISIN, M. D. Reperit in eo auctor clariſſ. ſub- 382.
ſtantiam gelatinoſam ac terram animalem ſiue cal-
cem phoſphoratam; vt huius foetus principia cum
oſſium principiis prorſus conueniant, niſi forte pro-
portione differunt, qua de re noſter ob exiguam foe-
tus portionem ſibi ad experimenta traditam nihil de-
finire audet.

XVIII. *Analyſeos huius ſupplementum. Auctore* p. 383.
eodem. Quo magis appareat, corpus illud durum –386.
per mulieris vaginam excluſum verum fuiſſe foetum
petrefactum, non, vt alicui rem parum accurate in-
uenti videatur, ſubſtantiam calculoſam: auctor do-
cet, quibus notis ſubſtantia oſſium a materia calcu-
lorum differat. Sua igitur experimenta cum calcu-
lis vrinariis inſtituta enarrat, quae ab analyſi foetus
petrefacti mire diſcordant. Cum SCHEELII tenta-
minibus fere congruunt. Solummodo noſter con-
tra SCHEELIVM aſſerit, acido ſalis aliquam eſſe in
calculos vrinarios vim, hosque terra calcarea neuti-
quam carere.

XIX. *Obſeruatio anatomica de puella, quae ſine* p. 387.
umbilico nata putabatur. Auctore PENCHIENATI. –390.
Situs fuit vmbilicus eo in loco, vbi more conſueto
clitoris ſedem ſuam habet. Ob vrachum nondum
concretum vrinae excernendae inſeruiebat. Quatuor
annos cum dimidio puella vixit. Mortuae cadauer
diſſectum eſt. Cyſtocele apparuit: ſed nec clitoris
nec nymphae viſae ſunt. Illuſtrantur haec duabus
tabulis aeneis.

XX. *Cogitata de nonnullis ſeriebus. Auctore Abb.* p. 391.
GIANELLA. –474.

XXI. *De lapide hydrophano Pedemontii. Auctore* p. 475.
BONVOISIN, M. D. Hydrophani Pedemontii maxi- –497.
me in achatis reperiuntur. (Noſter in achatis con-
ſtituendis fere WALLERIVM ſequitur, cuius ratio-

P. 484. nem probari non poſſe ſatis nunc conſtat.) Centenarius docimaſticus huius lapidis ſecundum noſtra experimenta continet terrae ſiliceae partes 60 ½ argillae 35 ¾, calcis 3 ½, ferri ¼. Adduntur coniecturae de achatarum Pedemontii lapidisque hydrophani genesi.

VII.

Supplément au Dictionnaire des Jardiniers, qui comprend tous les genres et les eſpèces des plantes non détaillées dans le Dictionnaire de MILLER, avec leurs deſcriptions puiſées dans les meilleurs auteurs, ou priſes ſur les plantes mêmes, et l'indication de la manière de traiter un grand nombre de ces plantes. Par Mr. DE CHAZELLES, Chevalier, Conſeiller du Roi en ſes Conſeils, Doyen des Preſidens à mortier au Parlement de Metz, Membre et ancien Directeur de l'Académie des Sciences et Arts de la même ville. A Metz, chez Marchal, 1789. 4. de 731 pages.

h. e.

Supplementum dictionarii hortulanorum, complectens genera ſpeciesque plantarum in dictionario MILLERI neglectarum, eorumque deſcriptiones ex optimis auctoribus depromtas aut ex ipſis plantis deriuatas, vna cum methodo plurimas harum plantarum colendi. Auctore DE CHAZELLES.

Hoc ſupplementum ſiſtit deſcriptionem exactam claramque plantarum MILLERO, botanico clariſſimo, omiſſarum aut ignotarum vna cum bonae notae obſeruationibus ex praeſtantiſſimis auctoribus tempo-

temporum nouiſſimorum hauſtis. Docentur hic hortulani, quibus characteribus plantae noſcantur, ſintne perennes an annuae, lignoſae an herbaceae, quo tempore floreant, qua ex regione originem traxerint, quo caloris gradu indigeant, denique in quonam ſolo laetiſſime creſcant. Etenim ex his notionibus felix plantae cuiuslibet cultura dependet.

Ne arctos recenſionis cancellos, quibus dictionarii vbertas concludi non poteſt, transgrediamur, paucula delibare iuuat.

Ill. auctor duas ſpecies *Adonis* deſcribit ſucco tam acri cauſticoque repletas, vt cantharidum loco poſſint adhiberi. Sunt hae *Adonis capenſis* atque *Adonis veſicatoria.*

Conyza anthelminthica accurate deſcribitur. Eſt ex India oriunda, ac ſemen fert amarum, cuius virtus anthelminthica mirum in modum laudatur.

Datura laeuis, planta annua, a botanicis non ita pridem deſcripta, primum in Abyſſinia reperta fuit. Etſi calidarum regionum incola, tamen Galliae hiemes fert, ſoloque credita parum curae expoſcit. Semina annuo ſpatio matureſcunt, dummodo locus, in quo planta ſata fuit, calore modico tepeat. Ineunte vere, cum plantae nouellae ſatis roboris nactae ſunt, vna cum terra radicibus adhaerente euelluntur, inque ſolum bonum transplantantur. Datura laeuis, vti ceterae huius generis ſpecies, odorem nauſeabundum exhalat. Pericarpio glabro, inermi a ceteris ſpeciebus facile diſtinguitur.

Cynomorium coccineum eſt planta paraſitica, creſcitque in radicibus arborum quarundam in Iamaica, Mauritania, Melita et Sicilia. Vis eius adſtringens eſt.

Omnino inſignis botanices ſcientia hoc in opere elucet, credimusque, neminem, qui dictionario MILLERI vtiliſſimo vtitur, eo carere poſſe. Exponitur in eo cultura plantarum rariſſimarum, quae cum plu-

rimum curae ac ſtudii efflagitet, tamen huculque fere ignorata fuit.

VIII.

Adreſſe à Noſſeigneurs de l'Aſſemblée Nationale ſur la néceſſité et les moyens de perfectionner l'enſeignement de la médecine. Par M. JADELOT, Profeſſeur de la faculté de médecine en l'Univerſité de Nancy. A Paris, chez Croullebois, Libraire rue des Mathurins. 1790. 8. de 57 pages.

h. e.

Ad ſenatum nationis Francogallicae relatio de ſtudio medicinae perficiendo. Auctore JADELOT.

Praeclariſſime ſane de genere humano merentur, qui in detegendo ſtudii diſciplinarum vtiliſſimarum abuſu ac defectu modoque illud perficiendi inquirendo elaborant. Laudandus eſt, ſi quis alius, hoc nomine clariſſimus JADELOT, qui hoc in libello de vitiis erroribusque in artis medicae ſtudio obuiis fuſe diſſerit. Libellus praeſtantiſſimus ideo ſenatui ſplendidiſſimo nationis Francogallicae inſcribitur, vt ipſe vitiis tollendis manus ferat auxiliatrices.

p. 3. „Cum veſtra ſapientia, veſtro feruore veſtraque „auctoritate, inquit clar. auctor, baſis firmiſſima in„concuſſaque regiminis ac felicitatis publicae iacien„da ſit; vtpote quibus hoc munus veſtri ciues de„mandarunt: ſtudiorum perfectio a veſtro reformandi regenerandique conſilio nullo modo poteſt „ſeiungi. Optamus omnes vno animo, vt vitiis, quibus illa adhuc inquinata fuere, correctis methodo „cum efficaciori tum faciliori tractentur.“

His praemiſſis, clar. auctor ordine exponit, qua ratione medicinae ſtudium de ſua ſententia reformandum

randum perficiendumque ſit. Et primum quidem oſtendit, quantopere neceſſarium ſit, cum medicinae ſtudium, tum candidatorum praxeos medicae tentamina emendari. Enumerat, quae diſcenda faciendaque ſint, antequam morbis curandis manus recte admoueantur: inter haec maxime noſocomiorum frequens viſitatio refertur. Tum ſingulas artis medicae partes breuiter recenſet: indicat docendi methodum maxime fructuoſam: recta inſtitutione venalitatem graduum ſupprimendam cenſet: docet, triennium ad medicinam rite addiſcendam non ſufficere, ſed quinque ad id annos requiri: vult, vt quaeuis facultas ſex profeſſores habeat: formam ordinemque proponit actorum probatoriorum (*actes probatoires*), quibus caueatur, ne humani generis detrimento ignorantia ſibi vindicet fidem aegrorum ſoli verae ſcientiae debitam: denique fuſe exponit, quae a legumlatoribus agenda ſint, vt ſtudii medici ratio ad formam propoſitam emendetur.

Iam ex libello vtiliſſimo nonnulla excerpamus. Quae noſter de ſtudiis ad medicinam recte diſcendam praeparantibus cenſet, huc redeunt.

„Etſi non neceſſarium eſt, vt, qui ad artem me- p. 15.
„dicam animum appellit, orator, aut poëta, aut hi„ſtoricus ſit: tamen nequit in medicina recte inſti„tui, quicunque literarum adeoque ſtudii humani„tatis ac philoſophiae expers eſt. Hoc ſtudium ad „diſciplinas ſublimiores addiſcendas animum prae„parat, vtiliterque eos annos occupat, qui alioquin „ſine fructu pereunt. Qui hoc ingenii cultu negle„cto annum ſuae aetatis decimum quintum aut de„cimum octauum attigerunt, diſciplinis tractandis „minus idonei reperiuntur. Praeterea maximopere „neceſſe eſt, vt medici linguam latinam teneant, quo „libris latine ſcriptis, quibus carere nequeunt, vti „poſſint. Studio philoſophiae, id eſt, logices et metaphyſices,

„phyſices, ratiocinandi vis perficitur. Phyſice prin-
„cipia medicinae tradit, eiusque baſis eſt. Nam
„poteſt quisquam eſſe medicus, niſi idem phyſicus
„ſit. Iam ipſis legibus hoc ſancitum eſt.“

p. 17. „Neceſſe eſt,“ pergit cl. auctor, „vt quaeuis me-
„dicinae facultas ſuorum candidatorum profectus
„exploret, priusquam eos ſtudioſorum albo inſcri-
„Hoc candidatorum examen latine inſtituendum
„eſt ſuper bonarum literarum principiis, philoſophia
„maximeque phyſica. Sic ingenium viresque eo-
„rum, qui artis ſalutaris ſtudium amplecti volunt,
„innoteſcunt. Hoc vero examen ſit rigoroſum opor-
„tet, ne quisquam vlla ratione vlloue artificio id ſub-
„terfugiat.“

p. 19. „Fierine poteſt, inquit noſter, vt quisquam me-
„dicus euadat, qui lectionibus medicis tres per an-
„nos interfuit, quorum tantummodo vnus theoreti-
„ca morborum tractatione abſoluitur? Natio, cui ſa-
„regeneratio curae cordique eſt, tam immanem ab-
„uſum ferre nequit. Ab illis vero ipſis, qui medici-
„nam docent, hic abuſus indicandus, eiusque abo-
„tio flagitanda eſt. Praxis, niſi theoria eam adiuuet,
„non caret periculo: at theoria praxi deſtituta fo-
„taſſe magis metuenda eſt. Vt diſcrimen inter me-
„dicum verum et theoreticum tollatur, vtque cau-
„tur, ne quis titulo medici ornetur, qui officio me-
„dici ſatisfacere nequit, neceſſe eſt, vt tirones cum
„in theoria tum in praxi inſtituantur. Alioquin
„quae didicerunt, ad aegrorum non ſalutem, ſed
„perniciem conuertent. Scilicet qui aegrorum lec-
„tis nondum viſitatis ad morbum ſanandum voca-
„tur, multitudine ſymptomatum obrutus nulla po-
„erit ratione de morbi natura certo iudicare: ſem-
„per titubabit, ſaepe a via recta aberrabit, vſquedum
„praxeos diuturnitas certam morbi ſanandi rationem
„expiſcari eum doceat. Non ſufficit, elementa artis
„ſalutaris

„ſalutaris tenere; reſtat res longe difficillima, h. e.
„eorum, quae didiceris, recta applicatio: haec tan-
„quam character eſt veri medici. Atqui nemo non
„fatetur, iſtam tam neceſſariam praecepta medica ad
„morbos ſanandos applicandi facultatem non poſſe
„quemquam adipiſci, niſi mature ad praxin animum
„aduertat, eique ſumma diligentia, ac peruicaci pa-
„tientia, quae omnes ſpernat labores, operam nauet.
„Cur igitur Gallia ſchola medicinae practica caret?
„Non negatum fuit hoc beneficium picturae, ſcul-
„pturae, arti veterinariae, nonnullis ſcientiae milita-
„ris diſciplinis, aliisque artibus minus neceſſariis.
„Omnia docentur, ſi ſanandi artem excipias. Itaque
„fit, vt ad noſocomia Pariſina tam parum ad medi-
„cum formandum inſtituta tironibus artis ſalutaris
„recurrendum ſit.“

Iam noſter diligenter recenſet varias optimorum ſcriptorum opiniones, qui de hierarchia medicinali expoſuerunt, atque ex opinionum diuerſarum conflictu elicit, quae hanc partem iatrices eſſentialem et elementarem noua luce colluſtrent. Nulla motus aduerſus chirurgiam inuidia, ſed ſolam ſpectans humani generis felicitatem, ſequenti modo loquitur.

„Apud ruſticos, in exercitibus, in nauibus, deni- p. 31.
„que apud plebem egenam chirurgus medicinam
„facere tenetur. Itaque neceſſe eſt, vt chirurgia ac
„medicina ſibi inuicem opitulentur.“

Arbitratur auctor, numerum vniuerſitatum in Gallia maiorem eſſe (ſunt viginti duae), quam vt quaeuis facultas medica multos medicinae cultores habere queat. — Conſtat, noſtrum iam pridem pluribus libris de arte ſalutari euulgatis nominis celebritatem nactum eſſe: inprimis vero illis inclaruit, quae de ſtudiis medicis reformandis et corrigendis in diario medicinae Pariſino olim diſputauit. Quae etſi omnium rei peritorum plauſum promeruerunt,

tamen

tamen in nullum ſunt vſum conuerſa, vitiaque antiqua intacta manſerunt. Re denuo penſitata noſter credidit, reformandi modum illic propoſitum poſſe reddi tum ampliorem tum meliorem. Iam quae nunc eſt in Gallia rerum conuerſio, cum hominum animos ad vtiliſſima quaeque humano generi conuertat, ſpes ei ſubnata eſt, conatus ſuos non omni ſucceſſu carituros eſſe, ſi modo conſilium ſuum a medicis probetur, hique vnanimi voce a ſenatu francogallico vitiorum reprehenſorum correctionem poſtulent. Hoc ſi euenerit, ſtudiique medicinalis ratio conſtituta fuerit, noſter fortaſſe elementa completae medicinae promulgabit: quod opus ſane nunc deſideratur, atque a noſtro iam abhinc 25 annos inceptum eſt. Sed huiusmodi opus vix ab vno homine ſperaueris, cum ad id perficiendum ea opus ſit auctoritate et adhortatione, quae in priuatum hominem vix cadere poſſit. Itaque melius foret, ſi tale labor a pluribus medicis ſuſciperetur, qui coniunctis viribus diuerſarum artis medicae diſciplinarum codicem elementarem componerent, in quo non omnia, quae vnquam dicta ſunt, ſed quae in libris medicorum ad inſtitutionem in arte medica conſtituendam vtilia proſtant, legerentur. In hoc medicorum ſenatu, qui maiore iure quam noſter, ſedeat, neminem ſcimus. Nec inuidebit, quicquid cognitionis rerum medicarum tum docendo tum ſanando ſibi comparare potuit. Quod ſi omnes ſcientiae pari modo tractarentur, inſtitutio mirum quantum perficeretur. Omnino res eſt digna eius nationis attentione, quae tanto im etu ad ſui regenerationem ſeratur. Sane vix poterit quidquam ad ſtudii medici reformationem melius excogitari, clariusque ac diſtinctius exprimi.

Finem faciemus huic recenſioni, vbi retulerimus, qua ratione clar. auctor medicinam tradat.

„Primis

„Primis profeſſionis meae annis, quemadmodum p. 41.
„anteceſſores mei facere ſoliti fuerant, ſatis habebam
„librum, qui tanquam baſis erat mearum lectionum,
„explicare. Sub finem anni admodum mirabar, iu-
„venes, quos nec ingenio carere nec ſtudio ſciebam,
„quique etiam meis ſcholis aſſidue interfuerant, cum
„in examinibus tentarentur, perquam male reſpon-
„dere. Itaque vt eorum attentionem figerem, ar-
„gumentum, de quo eſſet lectio habenda, interro-
„gando explicui. Huius rationis tantam cognoui
„vtilitatem, vt, ſi anatomes curſum excipias, eam vbi-
„que ſequendam putarem. Sic librum, qui baſis eſt
„lectionum, latine cum meis auditoribus ſermoci-
„nans explico. Tali ratione non modo diſcentes
„linguae latinae vſum adipiſcuntur, ſed etiam eorum
„attentio figitur, atque iudicandi de iis, quae ſciunt,
„facultas exercetur.“

IX.

Journal des ſciences utiles, par une ſociété de gens de lettres. Rédigé et mis en ordre par Mr. l'Abbé BERTHOLON, Profeſſeur de phyſique expérimentale de Languedoc, et membre de pluſieurs Academies nationales et étrangères. A Paris, chez M. Periſſe le jeune, et à Hambourg pour toute l'Allemagne, chez Mr. Daclin, et chez Mr. Faulche, Libraires, au Bureau des poſtes Imperiales. 1790. 8.

h. e.

Diarium ſcientiarum vtilium editum a ſocietate virorum doctorum. Cura abb. BERTHOLON.

Praeterierunt tempora, quibus mens humana phantaſmata vana perſequens ſolisque ſe paſcens inanibus commentis omnia repudiaret, quibus ſolius vtili-

vtilitatis ſignum eſſet impreſſum. Speculationes otioſae, ſyſtemata hypotheſesque metaphyſicae non amplius omnibus placent: ſcientiae noſtrae aedificium non iuuat amplius niſi baſi firmae, h. e. obſervationi et experientiae, ſuperſtruere, ſemperque promouet. Et ſane illae diſciplinae, quae ad generis humani felicitatem conducunt, ſolae dignae ſunt, quibus operam laboremque impendamus.

Iam hac noſtra maxime aetate, qua mens humana ingentem molitur reuolutionem, conuenit diarium in vulgus emittere, quod dicatum ſit felicitati humani generis, modoque efficaciſſimo ſemper renaſcentes neceſſitates ſubleuet. Cum enim, quae nos vndique circumdant, eorum vires corpori noſtro plus minusue prodeſſe aut nocere poſſint, operae ſalutarium a noxiis diſcrepantiam bene noſſe, vt illa in vſus noſtros conuertere, haec fugere poſſimus. Maxime neceſſarium eſt, vt homo vaſtiſſimi huius regni, cuius eſt dominus conſtitutus, ſtatum proſciat, nec quicquam eorum ignoret, quae innumerabiles animantium caela, terram aquasque incolentium greges, varias plantarum vegetabiliumque omnis generis ſuperficiem globi noſtri contegentium familias, denique ingentem illum foſſilium in terrae viſceribus reconditorum nobisque tam vtilium numerum conſeruant ac tuentur.

Agricultura, ars omnium maxime neceſſaria, quae ſola ſine ceſſatione reproducit, conſtantequer omnibus et locis et temporibus multiplicat, vnae vera hominis diuitiae, digna ſane eſt, quae in diario ſcientiis vtilibus dicato primum locum occupet. Permutatio et circulatio productorum naturalium, quibus noſtris ſuccurritur neceſſitatibus; artes in elaborandis his productis occupatae, vt neceſſitatibus noſtris ſecundariis ſatisfiat, artes, quae voluptati inſeruiunt,

quasque

quasque in tanta ſeculi noſtri luce ignorare non licet, omnes omnino diſciplinae, quae audiunt aſtronomia, geographia, nauigatio, hiſtoria naturalis, quam late patet, hoc eſt zoologia, botanica, mineralogia, denique chemia, phyſica et mathematica cum diſciplinis inde pendentibus hoc in diario tractabuntur, cuius editio pluribus viris eruditis librorum ab ipſis editorum praeſtantia in vulgus iam ſatis cognitis credita eſt.

Quorum in vſum hocce diarium maxime editur, hi ſunt. 1) Inſtitutores patresque familias, qui educanda iuuentute occupantur. In horum commodum ſubinde inſerentur elementa diſciplinarum, diſtributiones methodicae ſtudium earum facilius reddentes, adnotationes hiſtoricae de viris doctis antiquorum recentiumque temporum vna cum doctrinae eorum expoſitione.

2) Feminae, quae cum a ſcientiis vtilibus percipiendis colendisque neutiquam alienae ſint, hoc ſeculo praeiudicii, quod eas ab illarum ſtudio olim alienarat, obſtacula feliciter ſuperarunt. Nam cum ſuorum felicitatem promouere tuerique debeant, vt hunc ſcopum aſſequantur, rerum vtilium cognitionem ſibi parandam eſſe facile intelligent.

3) Omnes praediorum poſſeſſores. Hi experimenta, principia methodosque ad agriculturam in vniuerſum, hortorum vinearumque cultum omnino-que totam oeconomiam, ruralem domeſticamque ſpectantia in hoc diario reperient.

4) Verbi diuini miniſtri, quorum admodum refert noſſe, quicquid vtilitatem praeſtat. His cum ſemper rerum ad populi neceſſitates pertinentium cognitio neceſſaria fuit, tum maxime hoc tempore neceſſaria eſt, quo ad partem adminiſtrationis tuendam vocati ſunt. Habebunt hoc in diario morborum maxime obuiorum remedia ſimplicia vſuque facilia

cilia a medicis doctis, qui diarii vtilitatem ſuis ſtudiis augere conſtituerunt, propoſita et commendata. Praeterea reperient proceſſus illis ciuibus vtiles, qui varii generis neceſſitatibus oppreſſi ad ipſos ſemper confugiunt. Magna ſane felicitas, humani generis miſerias poſſe ſolari!

5) Magiſtratus municipales variarum vrbium. Hi diſcent inſtituta vtilia ſupremi Gallorum ſenatus (*aſſemblée nationale*), eorumque immutationes, quas conditio ſingularum vrbium efflagitat.

6) Denique ciues diuerſarum claſſium, qui academiarum labores nouaque in ſcientiis artibusque vtilibus inuenta noſſe, atque obſeruationes et experimenta virorum doctorum Galliae, Italiae, Angliae, Hiſpaniae, Germaniae, adeoque vtriusque Indiae, quibuscum editoribus huius diarii literarum commercium intercedit, collecta habere volent. Haec collectio, quae quoddam veluti promtuarium erit, breui poterit pro ſcientiarum vtilium bibliotheca haberi, quae vſum non momentaneum, quemadmodum tot ſcriptiones ephemerae, ſed conſtantem perpetuumque praeſtabit.

Tanquam ſupplementum accedent relationes de optimis operibus, quae ſingulis annis prodibunt.

X.

Oeuvres complettes de Mr. le Comte DE BUFFON. A Berne, chez la nouvelle Société typographique; à Lauſanne, chez Jean Pierre Heubach et Compagnie, libraires, 1790. 8. 40. volumes avec figures.

h. e.

Operum omnium BVFFONI editio Bernenſis.

Noua haec operum omnium BVFFONI editio ſuo quasque loco inſertas habet additiones, quae a priori

rioribus editionibus per varia volumina diſperſae cent; qua ipſa re lectores non parum iuuantur: hil tamen in auctoris verbis immutatum fuit. Tota perum collectio tres in partes diſpeſcetur. Prima ontinebit theoriam telluris generalem, epochas naurae et mineralogiam a theoria telluris pendentes: ltera hiſtoriam hominis animaliumque mammalium: ertia ornithologiam. Quaelibet pars indicem habebit generalem ſumma diligentia compoſitum, qua e numerus ingens tabularum generalium et particularium compendii fit, quibus volumina aliarum ditionum inutiliter grauantur. Tabularum aeneaum elegantia haec editio Pariſinas forma octaua et uodecima ſuperabit. Charta erit bona literarumne formae nouae. Totum opus ſex in miſſus diiſum prodibit, quorum vnus alterum breui ſequetur, quoniam maxima figurarum pars iam abſoluta eſt. Primum volumen ornabit illuſtris auctoris effigies, ceteraque volumina pariter in fronte figuram eri eleganter inſculptam gerent. Subſcriptio eſt er librarum Gallicarum, quae a pretio vltimi miſſus educentur. Poteſt ſeparatim pro hiſtoria animaium quadrupedum, itemque pro ornithologicis voluminibus ſubſcribi.

XI.

Acta Academiae Caeſ. Reg. Ioſephinae medico-chirurgicae Vindobonenſis. Tom. I. Vindob. 1788. pagg. 376. c. LXIV. praef. prooem. et tabb. XI. aen. aliisque iconibus.

In huius libri, cui exterorum quoque obſeruationes rariores, diſtincte proponendae, teſtimoniis fide dignis comprobandae, ſi fieri poſſit, obſeruationis obiecto illuſtrandae, propriis tamen obſeruatoris ſumtibus ad academiae directorem vel ſecretarium mittendae, inſerentur, prooemio omnia, quae in ora- p. VII. p. IX.

tione I. A. EQV. A BRAMBILLA academiae ſolemniter apertae die habita exponebantur, denuo repetuntur. Quae quidem cum iam a nobis *), iudicio noſtro adiuncto **), indicata ſit, nunc mittamus, et ſolam membrorum academiae faciamus mentionem.

Praeſes perpetuus: IO. ALEX. A BRAMBILLA S. R. I. Equ. Carpiani feudatarius, Chir. D. Conſil. et Chirurg. actual. Imperat. etc.

Vices Praeſidis p. t. gerit IO. HVNCZOVSKY, conſil. chir. D. operatt. chir. art. obſtetr. chir. forens. prof. publ. ord. etc. *Secretarius perpetuus* IOS. IAC. PLENCK conſil. chir. D. chem. et bot. prof. publ. ord. etc.

Membra fixa.

IOS. DE GABRIELY, conſil. chir. et med. D. theor. et prax. clin. prof. publ. ord. etc.

WILH. BOECKING, conſil. chir. D. anat. et phyſiol. prof. publ. ord. etc.

p. LXI. HENR. STREITT, conſil. chir. D. pathol. et inſtit. chir. prof. publ. ord. etc.

VAL. GOEPFERTH, chir. D. etc.

Membra actualia.

ANT. DE BRAMBILLA, Imperat chir. ord.

SIM. JENNAT, ſtat. milit. chir. ſupr. ciuil. noſoc. Vindob. dirig.

GEO. PROCHASKA, med. D. anat. phyſiol. et doct. d. ocul. morb. in reg. vniu. Prag. prof. publ. ord. etc.

p. LXII. ANT. SCARPA, chir. et med. D. in reg. Ticin. archigymn. anat. et chir. prof. publ. ord. reg. ac ſ. Berol. caeſ. Leop. ac nat. cur. et reg. ſoc. med. Patr. membr.

GEO. STAHLY, chir. D. in reg. vniu. Peſth. chir. et art. obſtetr. prof. publ. ord. fac. med. p. t. Dec.

Membra

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXVIII. p. 163. ſqq.

**) ibid. p. 166. ſq.

Membra adſociata.

ANT. LOUIS, phyſiol. prof. noſoc. charit. olim chir. prim. etc.

HENR. DE KELCHEN, Ruſſ. Imper. chiriat. et conſ. in reb. ad ſtat. publ. ord. ſ. Wladim. equ. praef. ac chir. Petrop. noſoc. regn. inſp. pag. LXIII.

VINC. MALACARNE, therm. dir. Taurin. praeſid. chir. prim. chir. prof. publ. ſoc. ſc. Veron. et ac. Foſſan. membr.

WILH. CRVIKSHANK, anat. et phyſiol. prof. Lond. et coll. med. membr.

Membra correſpondentia.

ANT. BEINL, caeſ. reg. leg. ped. I. B. de Preiſs chir. prim.

GEO. VERING, ped. qu. ſ. ſ. caeſ. reg. mai. nomen, leg. chir. prim.

IOS. SCHERER, in ac. caeſ. reg. Ioſeph. inciſor anat. et lect extraord.

IO. AD. SCHMIDT, in caſtr. protoch. reb. med. chir. ſecret. pag. LXIV.

BALTH. MOLITOR, ſtat. milit. chir. ſupr.

CAR. HABERLEIN, chir. D. caeſ. reg. ped. qu. Caroli archid. Hetrur. nomen, leg. chir. prim.

IOS. ZIMMERMANN, caeſ. reg. leg. Illyr. chir. prim.

Continentur in hoc primo tomo ſequentes diſſertationes et obſeruationes.

I. I. A. EQV. A BRAMBILLA *de fungo articulationis genu.* Eo ab aquoſis aliisque folliculatis tumoribus rite diſtincto, et ad frigidos lymphaticos relato, oriri eum a lympha mucilaginoſa glutinoſa inter ſubtillimas telae celluloſae laminas in modum gelatinae ſtagnante; latius ſe ſupra rectum, quam vaſtos, inprimis internum, expandere; fungi nomen ipſi ob elaſticitatem ſuam competere; alium mollem, interdum periodicum, in quo materia ſaliuae ſub lingua in hypogloſſide condenſatae ſimilis; alium durum p. 1. p. 4. p. 5. p. 6. p. 8.

et profundum, materia, vti cadauera doceant, crusta
ſanguinis phlogiſticae, lamellatim et in ſtratis ſibi
vicem impoſitis conſpicuae, (velut in aneuryſma
veri interna parte videre liceat) ſimili inſignem eſſ
p. 9. docetur: cauſaeque internae, et, quae frequentiſ
p. 17. mae, externae; tranſitus mollium in duros, ru
fungi partim mollis, partim duri, adeoque quaſi co
poſiti, vt et fungi dolore, rubore, eroſione capſul
ligamentorum, et carie complicati, rationalisque
medendi methodus probe exponuntur, variisque ob
p. 19. ſeruationibus illuſtrantur. Suppurationem mollio
rum fungorum bis feliciter ideo forte eueniſſe, quo
p. 20. in loco a tumore remotiori enata fuerit; BELLIVE
cauſam fungi ſcrophuloſam aſſumentem *) errar
ſcrophulas enim Anglorum ad lymphaticos tumore
neutiquam pertinere, cancrum potius benignum im
p. 21. tari; linimento, de quo infra D. STREITT **), mo
p. 22. liorem fungum ſanatum eſſe; in fungis durioribu
inueteratis et neglectis amputationem membri in ip
p. 23. na parte citiſſime inſtituendam, non ſemper tame
24. tutam eſſe; inciſionem fungi, vti ſeptem obſeruatio
nes docent, et ipſe expertus, ſemper inferre mor
p. 31. tem; ſetacea, cauſtica, antidota, ſpecifica aeque
p. 33. felicem edere effectum; digeſtionem laeſam inter
p. 48. narum cauſarum eſſe frequentiſſimam; in vnico ta
tum caſu trochiſcos ex mercurio praecipitato rubro
alumine vſto, et gummi Arabico paratos profuiſſe.

p. 55. 2. D. IOS. IAC. PLENCK *de vſu corticis Chinae,*
p. 56. *mercurii et opii in tetano a vulnere.* Tetani, vel ſpa
mi totum corpus, inprimis ſpinam dorſi, per plu
mos dies continuos infeſtantis quatuor eſſe ſpecies;
p. 57. tetanum ſtricte dictum, emproſthotonum, opiſthoto
num, pleurothonum; eum oriri neruis vel vulnera
p. 59. tis, vel, vt ipſe bis in ſubligatione funiculi ſperma
tici

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. p. 39. ſq.
**) in hac Recenſione No. 13. p.

ici in ſarcocele maligna facta expertus, vehementer p. 60.
igatis, vel corroſiuo laeſis, ligamentisque articulari- p. 59.
ius, quod inprimis in luxatione digitorum manus et
edis, valde laceratis, non ita, ſi ſciſſa. Riſum ſpaſ-
modicum militum vulneribus praecordiorum mor-
uorum, de quo PLINIVS, potius ex contuſione
neruorum ſtomachi explicandum, ſine eo enim mo-
rientem ſeipſum vidiſſe aegrum in diaphragmate
grauiter vulneratum. Diſponere ad tetanum clima p. 60.
calidum, aërem putridum corruptum, humidum no- p. 61.
turnum frigus; ſuas ipſiusque HIPPOCRATIS ob-
ſeruationes huius aphoriſmum de prognoſi in tetano
refellere; ſe trium illorum medicamentorum virtu- p. 62.
tem in tetano curando tantum fuiſſe expertum. In
praxi enim ſua tricennali inter quinque exempla te-
tani a vulnere articulorum vnum a vulnerato digito
maiore pedis, et inter tria ab amputatione cruris
vnum corticis Chinae, cui per diem tria vel quatuor p. 64.
tantum opii grana addita, vſu ſanaſſe, aliis, quibus
per diem ad duodecim vſque grana opii propinata,
mortem non euadentibus; opium vero in iſtis re- p. 65.
gionibus ob putridam vulnerum, quibus tetanus ac-
cedit, indolem cum Chinae cortice eſſe combinan-
dum. In tetano a clauo in plantam pedis intruſo
binis his remediis per triduum fruſtra propinatis p. 66.
mercuriale vnguentum, a STAHLY etiam in tetano
vtile expertum, doſi eius ſenſim imminuta, proſpero
cum euentu eſſe inunctum. Praeter vndecim haec
enarrata tetani exempla adhuc vnum a vulnere faciei
conquaſſatae. Adiectae duae EQV. A BRAMBILLA
obſeruationes, altera de tetano complicatae fracturae p. 68.
tibiae nono die accedente in grauida, die ſeptimo poſt
partum ſaniſſimae puellae, pede ex ciſtula pro fra-
cturis licet non remoto, menſe poſt tetani initium
e apſo feliciter abſolutum plane profligato vnguento p. 71.
ex tribus vnciis olei hypericonis, tot drachmis axun

giae caſtorei, decemque granis opii parato marillae, nuchae, et temporibus illito, et cortice Chinae cum
p. 75. pauxillo extracti Thebaici interne adhibito; alter de tetano a leui digiti vulnere ſolo opio ſanato. Quo et cum oleo amygdalarum propinato tetanus a vulnere digito diſcipuli in coſta cadaueris frangendo
p. 77. inflicto nono iam die mitigatus, tandem plane ſublatus eſt.

3. ANT. DE BRAMBILLA *de aneuryſmate venoſo.*

p. 85. Huius, ab HILDANO iam ita denominati, ſignum characteriſticum in eo ponitur, quod mollius, digitoque facilius cedat. Lanceola, inſtrumento in vena ſecanda vtique praeſtantiori, arteria vlnaris in loco a trunco brachiali aliquot lineas diſtante laeſa, et aneuryſma nucis iuglandis minoris magnitudinem
p. 86. habens enatum vna cum ecchymoſi oui magnitudinem aequante ſuper aneuryſmate, et alio tumore dolente non autem inflammato totam bicipitis, cuius aponeuroſis perforata, extenſionem occupante. Aneuryſma glomo, quinque graduatis pannis, et faſcia circulari oblique ſe decuſſante, omnibus aqua
p. 87. vulneraria papali frequenter madefactis, rite compreſſum, ligatura primum quatriduo, tum octiduo, tunc quindecim diebus, tandem tribus ſeptimanis elapſis, prout nempe dolores infra laeſum locum il
p. 88. exegerunt, ſoluta; ſexque menſium ſpatio ſanguinis via ex arteria plane deleta, ſeptem ſeptimanis poſt etiam relicta cubiti articuli immobilitas, antibrachii que atrophia ſublata. Aegra interea bis peripneumonia, febre intermittente et conuulſionibus affe-
p. 89. cta, valde debilitata infantem exiguum quidem, valde prolixis tamen capillis inſignem, vere decimeſtrem edidit, nunc validum. In altero aegro, cuius exemplo ſe edoctum fuiſſe Auctor fatetur, aneuryſma maiorem iuglandem magnitudine aequans pari modo ab EQV. A BRAMBILLA, quindecim diebus poſt

poſt venaeſectionem vocato, tractatum, et quatuor p. 90.
menſibus cum dimidio elapſis perfecte ſanatum eſt,
cicatrice tamen ita dura, vt tangendo piſum ſubeſſe
credideris. In tertia aegra primum tribus menſibus
poſt venae ſectionem auxilium petente aneuryſma
iam oui gallinacei magnitudinem habuit, omnes ve- p. 91.
nae ſub eo multum varicoſae, compreſſione palpita-
tiones cordis et animi deliquia enata, et aegra ideo
ligaturas reſpuens, iam vltra quinquageſimum an-
num proiecta, ſeptem annis poſt tabe obiit. Diſſeri-
tur poſtea de aneuryſmatibus non diu ſine notabili
vitae diſcrimine ferendis; de arteriis a peritiſſimis p. 92.
chirurgis, periculum autem eique obueniendi mo-
dum ſtatim intelligentibus, frequentius, quam ab
imperitis laeſis; de inſtrumentis ad comprimenda p. 93.
aneuryſmata inuentis omnibus facile negligendis; p. 95.
ſoloque glomo ex linteis carptis patulae arteriae
quam maxime conueniente applicando.

4. D. VALENT. GOEPFERT *de pareſi.* Variis de p. 96.
pareſi et paralyſi auctorum ſententiis diſtincte expo-
ſitis oſtenditur, pareſin, certe eam eius ſpeciem, de
qua hic ſermo, nondum rite cognitam, nec leuiorem p. 102.
eſſe paralyſeos gradum; ab eaque multum differre.
Praemiſſis etiam de motu et ſenſu phyſiologorum p. 105.
ſententiis et allata opinione, quod vi ſentiendi a ſolis p. 109.
neruis pendente ſenſus rarius motu pereat, quod
differentia inter motorios et ſenſorios neruos neu-
tiquam aſſumenda ſit, et quod cauſa motus efficiens p. 110.
ſit vis ex neruea et muſculari compoſita; ſtatuitur, p. 111.
pareſin ſtricto ſumtam ſenſu eſſe imminutionem vel
remiſſionem vis muſculos extremitatum mouentis,
ſenſim inuadentem, et increſcentem, coniunctam
dolore modo maiore, modo minore, nunquam peni-
tus ceſſante, ſenſu interdum integro permanente,
plerumque aliquantum laeſo; egregieque de cauſa
eius proxima, et remotioribus, ſymptomatibus, pro- p. 112.

p. 116. gnoſi et cura diſputatur, quam in eo eſſe, vt cauſa
p. 117. functiones organorum impediente ſublata primum
calefacientia, reſoluentia, emollientia, aperientia, in
malo non adeo inueterato ſola ſufficientia, neruina
que nonniſi vel vna cum illis, vel diuturniori illo
p. 118. rum vſu praegreſſo, adhibendis praeferenda, ad ſa
dem cauſae detectam, et quidem ſaepe per plura
menſes applicentur. Neruo autem diuulſo omni
fruſtranea eſſe, niſi fórte ſuccedente tempore pe
ramos laterales vitium inde enatum corrigatur; FON
TANAE enim, MICHAELISII, ARNEMANNIque de
reproductione neruorum afferta experientia nondum
eſſe comprobata. Ex anatome egregie docetur, a
p. 124. pareſi brachii, ad vertebras colli quatuor inferiores,
primamque dorſi, vel ſcapulam, in illa femoris ad
lumbares vertebras, os ſacrum, ipſumque femur ap
p. 125. plicanda eſſe remedia. Dicta illuſtrantium obſerua
tionum prima agit de pareſi a violento lapſu ab equo
p. 138. verſus lapidem angularem in acromion cum atro
phia brachii dextri; altera de pareſi cum atrophia
p. 141. femoris et cruris a lapſu per ſcalam; tertia de pa
reſi femoris a trochantere lapide angulari in labendo
p. 144. percuſſo; quarta de pareſi brachii a callo deformi
fractam clauiculam et acromium conglutinante. Po
ſteriores duae ſunt Ill. EQV. A BRAMBILLA, omnes
exempla exhibent morbi vel in initio, vel abſentibus
obſeruatoribus in decurſu peruerſe tractati, diutur
niori tamen et indefeſſo ſtudio feliciter ſuperati.

p. 152. 5. D. IO. ALEX. A BRAMBILLA *de colica ſaturni*
na. Colicae in genere et ſaturninae in ſpecie hiſto
ria et deſcriptione tradita ad emollientium oleorum,
p. 159. pauxillo opii coniungendorum, vſum comproban
dum affert trium puellarum coſmetico ex ſaturno
parato abutentium, quarum duae medico ob veram
morbi cauſae ignorantiam rectam medendi rationem
negligente mortuae, tertia ab Auctore ex matris fa
cie

cie cauſam morbi ſuſpicante ſanata fuit. Commen-
dat coſmetica ex glacie Mariae, vel matre perlarum, p. 166.
vel calce biſmuthi, vulgo ceruſſa Hiſpanica dicta.
Enarrat alia duo exempla pictoris, et filiae pictoris
feliciter curata, tandem et puellae impetiginem mi- p. 171.
liaribus ſimilem vnguento ex terebinthina, butyro,
et extracto ſaturni ad mammas repellentis, quarum
ſiniſtra ſeroſo humore ſex per dies per papillam ef- p. 172.
fluente ſana reddita, dextra autem in exteriori prae-
ſertim latere induruit, inciſione facta primum qui-
dem, vti Auctor etiam praedixiſſe gloriatur, pauxil- p. 173.
lum tantum ſanguinis, noctu tamen diebusque ſe-
quentibus pus fudit, et aegra duorum menſium ſpa-
tio perfecte reſtituta.

6. D. GEO. PROCHASKA *obſeruationes de vaſis ſeminalibus, eorum valuulis, et via noua, ſemen virile in ſanguinem admittente.* Rete ex vaſculis teſtis para-
tum a MONROO filio multo ſimplicius et tenuius, p. 180.
quam ab HALLERO, depictum eſſe; eundemque epi-
didymidem ex vnico tantum ſeminifero vaſe conſtan-
tem recte ſtatuere, iudicat, et aſſeuerat, ſe diuerſis
vicibus mercurium per totam epididymidem in rete,
nec raro etiam in ductulos rectos, quorum plures
quam viginti non recta, ſed ſerpentina via in ſubſtan-
tiam teſtis intraſſe obſeruauerit, propuliſſe. Ratio-
nem vero, cur diametro licet vaſorum rete et conos
HALLERI conſtituentium multo maiore quam epi- p. 181.
didymidis, ductulorumque rectorum capacitate mer-
curio capiendo non obſtante, rarius tamen, nec in
omnibus ſubiectis aequali ratione hi ductuli reple-
antur, in eo eſſe, quod valuulae adſint in quibusdam p. 182.
mox in principio retis accurate conniuentes, inde- Tab. I.
que vaſcula occludentes, in aliis vero pauciores ma- fig. 3.
gisque dehiſcentes. In priori enim caſu vaſa retis Tab. I.
a mercurio in multiplices expandi nodos, ex quo- fig. 1. 2.
rum aliquo interdum aliquid in vaſculum ſubterfu- T. I. f. 1.
giat.

p. 181. giat. Horum nodorum, licet a pictore neglecti non
videantur, HALLERVM non meminiſſe, forte ſerius
p. 183. ad eos attendiſſe. Valuularum illarum vero fluxum
ſeminis in epididymidem adiuuantium, refluxum
pylori ad inſtar impedientium officium praeſtat
praeſertim cremaſte teſtem verſus abdominis annu-
T. I. f. 1. lum attollente et apprimente. Tranſitum ſeminis
3. vel immediate ex reti teſtis, vel ex ipſo epididymi-
p. 184. dis principio in varios conos diuiſo in venas ſperma-
T. I. f. 2. ticas confirmat duobus experimentis, in quibus ad
3. epididymidem facilius replendam teſticuli antea ali-
quanto diutius macerati.

p. 189. 7. ANT. BRAMBILLA *de ſpaſmo cynico forti-*
p. 190. *tam nerui laeſionem inſecuto.* Tumore duro glandu-
larum ſubmaxillarium praeſertim dextri lateris, ouii
anſerini magnitudinem habente, a perſpiratione
ſubito ſuppreſſa enato, angina, ſuffocationisque pe-
p. 192. riculo coniuncto, rite tractato, et fluctuatione per-
p. 193. cepta inciſo, duobus diebus poſt ſinus detectus et
ad mediam vſque laryngem porrectus, quo cauto
p. 194. licet diſſecto ob quendam forte ex ramulis ab acuti-
co duro neruo ad latiſſimum colli miſſis laeſum, (vi
in alio aegro etiam expertus) ſtatim inſequuta eſt
conuulſiua oris ſiniſtra verſus diſtorſio ſex per dies
durans cum riſu Sardonio tribus minutis poſt im-
ceſſante, curata inuncto lateri ſiniſtro linimento ex
vncia vna vnguenti althaeae, duabus drachmis olei
hyoſcyami, totque olei florum verbaſci parato.

p. 196. 8. *Animaduerſiones de monſtris humanis, et in ſpe-*
cie hiſtoria grauiditatis quatuordecim annorum. Mon-
ſtra, ad quae et hermaphroditos refert, tantum ea vo-
p. 197. cat, in quibus forma externa peccat, deformitates
internas luſus naturae appellans. Copioſa aſſeruari
in muſeo academiae non raritatis, ſed ſcientiarum
p. 198. illuſtrandarum gratia. De excreſcentia carnea, anni
ſpatio in fungum cum duobus oſſificatis punctis in
centro

centro extenſa, locum cruris a natiuitate tenente, ſe-
iciter amputata. De rite curato labio leporino
num digitum cum dimidio lato et complicato cum
ſſura maxillae ſuperioris et palati. Reprehenſis p. 200.
uctoribus monſtrorum deſcriptiones tradentibus
ſolus PROCHASKA laudatur, et promittitur inſeren-
da cuilibet iſtorum actorum tomo deſcriptio cuius-
dam monſtri in muſeo aſſeruati cum icone eius, ſe-
quenti vero tomo expoſitio grauiditatum abdominis.
Femina biennio poſt felicem partum denuo graui- p. 201.
da, motum foetus debiliorem, ſenſim penitus ceſſan-
tem, tum vero deſcenſum corporis grauis mutato
ſitu ab vno latere in alterum cadentis, ad mortem
vſque manifeſtum, percipiens, vndecimo grauiditatis
menſe per triduum dolores ad partum ſenſim mino-
res, tandem plane ceſſantes, aquis interea copioſe
fluentibus, ſentiens, prolapſum et inflammationem p. 202.
vaginae ob vim ab obſtetrice adhibitam perpeſſa, rite
tamen curata, praeter abdominis in regione vmbili-
cali dilatationem nullis incommodis affecta quatuor- p. 203.
decim adhuc annos cum dimidio vixit, tumque de-
mum febre putrida correpta eſt. D. MÜHLBECK
ſecto cadauere reperit vterum perfecte induratum,
quatuor lineas craſſum, coeruleum, corrugatum, in
ſecando valde tenacem, ex vtraque fundi eius parte
appendices membranoſas, quae tamen pariter ac ouа-
ria, tubaeque Fallopii non dignoſcendae, veroſimili-
ter tamen ligamenta vteri exſiccata referebant. Foe- p. 204.
tus capillati, placenta carentis, dorſum recta verſus
os pubis deſcendit, facies retrorſum inteſtino recto
innixa fuit. Orificium vteri, cum ima vteri parte Tab. II.
plane oſſificatum, repraeſentauit longum cornui III.
ſimilem conum, alte in vaginam deſcendentem, et ex
conuolutis membris inferioribus conflatum. In foetu
iſto, quem tabula ſecunda a dextro, tertia a ſiniſtro
latere, quarta vero perpendiculariter fiſſum oſtendit,

trimeſtri

trimeſtri poſt ad academiam miſſo vterus cum annexis et chorii tunicis, communibusque foetus integumentis in vnum quaſi inuoluerum tam denſum concretus apparuit, vt difficulter dignoſcenda fuerint duo
Tab. II. Tab. III. IV. brachia, quorum dextrum introrſum contortum, tres que pedes, quorum tertii diſtinctioris genu cum cubito ſiniſtri brachii concretum tuberculum obtulit.

p. 205. Tab. IV. Omnes exteriores partes oſſificatae, caput permagnum, oculis, auribus, naribus, ore deſtitutum, in cranio fiſſuris carente ſubſtantia cerebri adhuc aliquantum pinguis et glutinoſa; lingua diſtincta, nullum medullae oblongatae et cauitatis thoracis veſtigium, corpore ſpinam dorſi varie flexam in parua quaſi oſſea ſpecu contentum, cauitas abdominis viſceribus plena, inter quae tamen ſolus ventriculus diſtinguendus.

p. 209. 9. D. 10. HUNCZOVSKY *de vtilitate decocti corticum nucum iuglandium ſiccatorum in tractandis vlceribus.* Variorum de vulnerum et vlcerum cura ſententiis expoſitis, et puluerum, vnguentorum, ſpiritu-
p. 210. p. 212. tuoſorum, ſaturninorum, emplaſtrorum noxa demonſtrata, exſiccantium ea tutiſſima cenſentur, quae
p. 213. aequaliter adſtringunt et ſugunt. Qua virtute pollere, et praeterea adhuc humorem e vaſis promanantem, cicatricemque formaturum lente condenſare decoctum illud; ſub eius enim vſu in vlcerum latiorum medio enaſci membranulas, quarto die ſine ſanguinis effuſione non diuellendas, ſenſim craſſiores factas cum ſimilibus a marginibus productis membranulis ſe coniungentes. Parari illud, puta minum nucum, in quibus ſiccandis nullum alteri incumbat, vnciam vnam tres quatuorue per horas in vna aquae libra macerando, tum per quadrantem horae ebullitioni committendo. Extractum, cuius aquoſi duas vncias ſeptemque drachmas, ſpirituoſi dimidiam vnciam ex quatuor ſiccatorum corticum

vnciis

nciis PLENKIVS obtinuerit, cum mercurio in mor-
is venereis ab EQV. A BRAMBILLA adhibitum esse,
ongoque abhinc tempore in iisdem decoctum, cu-
us praecipuum ingrediens cortices nucum, vt no-
um praedicari arcanum. Spongiosas protuberan- p. 214.
is in vlceribus obortas nullo egere caustico, sed
nox abire in gelatinam. Ad decocti, quo lintea car-
ta et splenia humectanda, in humidis herpeticis
quadam cutis acrimonia obortis, nulla inflammatio-
e coniunctis, latis et flaccidis, omnibusque simpli-
ibus et planis vlceribus vtilitatem comprobandam
r plusquam triginta exemplis afferuntur septem p. 215.
bseruationes, quarum prima EQV. A BRAMBILLA, p. 221.
ertia BOECKINGIO debetur, tandemque decoctum
n eo laudatur, quod non vti vnguenta et alia aërem p. 226.
osocomiorum, in militaribus Austriacis ob simpli-
em deligandi modum semper purum, non corrum- p. 227.
at, leuissimique sit pretii.
10. *Dissertatio de praeternaturalibus quibusdam* p. 228.
tructuris cordis vasorumque illi proximorum. Prae- p. 229.
missis variis de latentibus morborum causis inuesti-
andis traduntur obseruationes illae, vt si praeterna- p. 232.
turalis structura causam morbi remotam praebere
visa fuerit, morbi historia addatur, et casuum analo-
gorum ab aliis enarratorum breuis simul mentio in-
iciatur. Prima est D. ROTHII *historia duplicis ve-* p. 233.
nae cauae inferioris seu ascendentis, et insolite dilata-
tae auriculae cordis dextrae. Duplicaturae illius hoc
unicum esse exemplum in viro quinquagenario, gra- p. 235.
cili, valde cholerico, non nisi in pueritia aegroto
acto per menses variis hepatis obstructionem comi-
tantibus incommodis, inprimis asthmate, vexato. In p. 236.
medio frontis, in quo perpetua titillatio aegro vi-
vente obseruata, dura mater a cranio remota fuit, p. 237.
lobi anteriores cerebri vtrinque collapsi, compla-
nati; plura aneurysmata, inprimis in dextra carotide
infra

infra eius diuaricationem, pulmo colore plumb
Tab. V. exſiccatus; cor, cuius auricula dextra ſaccum cr
fig. 1. ſum ſubcylindricum formauit, vna cum valis ſ
p. 238. praeter modum magnum, et in tranſuerſum ſit
quaſi tractum a canali atro coagulato ſanguine p
no, ambitum monetae viginti cruciferorum haben
cylindrico, maiorem pollicem craſſo, digitum long
in ea conuexi hepatis regione, in qua viuente aeg
eminentia elaſtica, pro coli expanſione habita, ani
aduertebatur, reperto, ibi tres exiguos canales in h
patis ſubſtantiam immittente, oblique quidem e r
gione venae cauae aſcendentis vna cum hac ad c
Tab. V. tendente, margini vero anteriori ventriculi anter
fig. 2. ris immediate inſerto, infra quem oſtium eius rotu
dum, valuulis tribus ſemilunaribus paruis plana co
vexa parte canalem, concaua cor ſpectantibus dor
p. 239. tum, deprehendebatur. Hepar permagnum ventr
culum deorſum preſſit, ſplen exiguus indurat
p. 241. omentum plane conſumtum fuit. Altera hiſtor
eſt D. KLINZII, *praeternaturalis* nempe *conſtitu*
ſitusque viſcerum thoracis et ſtructurae peculiaris ra
p. 242. *rum cardiacorum.* Huius ſtructurae id vnicum e
p. 243. exemplum in milite, qui ante decimum ſextum ae
tis annum ex arbore lapſus tuſſi violenta haem
ptoidea affectus, inde, vti putauit, dextro lateri i
cumbere non potuit, praeterea ſanus quarto an
poſt febribus intermittentibus pertinacibus cum o
ſtructionibus viſcerum abdominis, inprimis lien
p. 244. coniunctis, per trimeſtre eum angentibus, e vi
ereptus, nulla ſymptomata paſſus eſt, ex quibus th
racis malum colligi potuerit, praeter pulſation
in epigaſtrio dextro, quae latens aortae aneury
p. 245. indicare viſa eſt. Indicauit autem ſitum cordis
T. VI. dextro thorace perfecte perpendicularem, quod in
fig. 1. ferius incubuit parti latiori concauae pulmonis de
tri ſani. Ad quem directe tendit truncus arteri
pulmo-

pulmonalis indiuiſus, ſolo manifeſto aliquo veſtigio canalis arterioſi quondam praeſentis in loco ſiniſtrae pulmonalis arteriae, vna cum ſiniſtro pulmone deficientis. Cuius locum tenuit humor albicans, gelatinoſus, inodorus, mediaſtinum, pleurae ad inſtar muco flauo craſſo obductum, arrodens, et dextrorſum premens. Vena pulmonis dextri in ſiniſtram cordis auriculam abiit. Aorta trunco pollicem lato, quatuor digitos longo, non arcuata, recta ſurſum aſcendit, poſt crucis in formam diuiſa fuit in horizontales duos, ſubclauias repraeſentantes, vnumque perpendicularem ramum, carotidem ſiniſtram conſtituentem, dextra ex ſubclauia dextra enata. Ex trunco aortae poſteriori loco orta eſt deſcendens, vna cum ramis ſuis diametrum ſolito minorem habens, ita, vt arteriarum iliacarum maxima diameter vix calamum excederet. Lien permagnus, induratus, omentum conſumtum fuit. Adiecta eſt obſeruatio D. HABERLEINII de militis, ab incunabulis continua tuſſi vexati, pulmone ſiniſtro ampliori omnia vaſa recipiente, dextrique locum latice aquoſo occupante. Confirmantur porro obſeruationes LOBSTEINII et LEVELINGII circa indolem valuulae Euſtachianae et foraminis oualis factae obſeruatione D. BEINLII *de valuula* EVSTACHII *perfecte integra et foramine ouali* in milite quadragenario *prorſus aperto* reperto, aliaque in trigenario milite. Quae duae obſeruationes ab illis in eo diſcrepant, quod in priori foramen rotundum magis, quam ouale, diametro tranſuerſa quinque lineas aequauerit, a dextris ad ſiniſtra ita oblique directum fuerit, vt canali cylindrico ſimilius, ſpatiumque interiectum nouem decemque lineas effecerit; valuula ei propria, parieti auriculam ſiniſtram ſpectanti adnata, non ita magna, valdeque tenuis fuerit, veſtigiumque nullum adfuerit, vnquam extitiſſe diſpoſitionem ſanguinis tranſi-

p. 244. p. 245. p. 246. T. VI. fig. 2. p. 242. p. 243. p. 249. p. 252. p. 253. p. 252. T. VII. fig. 1. fig 2

tum impediendi: in vtraque foſſa oualis plana et integra, non reticulata, annulus ouális muſculoſus
p. 253. valde robuſtus fuerit; foramine poſterioris obſeruationis illi prioris nec diametro nec longitudine æ-
p. 254. quali. Foſſae oualis integritatem et reticulationis abſentiam ab ampliori foraminis diametro dependere iudicat auct. Et in corde caſtoris, cordi infantis trimuli magnitudine aequali, foramen ouale apertum repertum eſt, an id ſemper reperiatur, affirmare Auctor non audet, licet caſtores diu ſub aqua delite-
p. 256. ſcere ipſe viderit. Vltima hiſtoria eſt *oſſiculi cordis*
p. 259. *formis, fibris cordis ibi, vbi ventriculi in apicem coeunt,*
T. VII. *firmiter inhaerentis,* craſſitie dorſum cultri, ambitu
fig. 3. ouum gallinaceum aequantis, in milite triginta et quinque annorum, nunquam de pectoris, frequenter de capitis doloribus conquerente, extinctoque morte ſubita, cuius origo vix niſi oſſi illi adſcribenda eſſe videatur, MORGAGNIO licet aliter ſentiente.

p. 263. II. D. WILH. BOECKINGII *diſſertatio de pertinacia vlcerum venereorum acrimonia ſcabioſa complicatorum.*

p. 266. Haec vlcera, militibus Auſtriacis praeſertim,
p. 281. quod multi eorum in vno eodemque contuberniо
p. 267. verſentur, admodum familiaria, in quibus mercurius, in ſcabie efficax falſo creditus, nil efficere valeat, di-
p. 268. ficulter ſaepeque tantum ex anamneſi eſſe dignoſcenda; iuſtam vero ſuſpicionem materiae ſcabio-
p. 269. ſae verae adiunctae mouere vlcera illa, quae ſordida, ſubflauo muco obducta, lardacea, ichorem rodentem ex lata ſuperficie mittant, profunde eroſa margines exeſos habeant, leuiter tacta ſanguinem fundant, mercurialibus aliisque non depurentur, ſed peiora
p. 270. fiant, ſcorbutique ſignis careant. Non raro ſe etiam animaduertiſſe tumorem ſub vlcere in panniculo adipoſo profundius haerentem, durum, in ambitu vlcere ipſo latiorem, plus minusue dolentem. Ex quatuor ad dicta comprobanda adiectis obſeruationibus patet,

tet, ſcabiem duos tresue per annos in corpore
uiſſe; aegris mane tres pilularum ex vna vncia p. 271.
ercurii viui puri, dimidia gummi Arabici et qua-
or micae panis albi ad trium granorum pondus
ratarum, veſperi vero puluerem ex ſcrupulo vno p. 272.
rum ſulphuris duobusque granis camphorae da- p. 276.
n fuiſſe; aegro quartae obſeruationis, cuius ſca-
s ab Auctore primum pro venerea habita, ob ma- p. 279.
n venereum per biennium eum iam male habens, p. 277.
noremque oſſis frontis valde dolentem, praeter il-
pilulas et vnguenti mercurialis drachmas duas al-
nis diebus fuiſſe inungendas: Cel. WICHMANNI de p. 279.
bie ſententia plane affirmatur; veram ſcabiem nun- p. 280.
am caput; veneream, effloreſcentiae nomine po-
s appellandam, nunquam manus digitosque affice- p. 281.
ſcabioſum, vel quondam ſcabie infectum, a con-
io venereo non immunem eſſe.
12. D. IOS. IAC. PLENCKII *obſeruationes circa* p. 285.
et antiſpaſticas ipecacuanhae in conuulſionibus graui-
um et parturientium. Ipecacuanham, vtique opio, p. 287.
hoc morbo nocente, praeferendam et adhiben-
n eſſe in conuulſionibus, a ſanguine ad cerebrum
geſto obortis, ſi venaeſectio, clyſmata, lotio ca-
s frigida, partusque promotio fruſtranea fuerint;
cum larga tincturae cinnamomi doſi in conuul- p. 288.
nibus ab haemorrhagia magna vteri, non tamen
lia haemorrhagia vteri, quam quae ſpaſmis debe-
, propinandam, in conuulſionibus a ſaburra bilio- p. 289.
vna cum croco, aloë, et nitro in conuulſionibus 90.
ubita lochiorum ſuppreſſione; vna cum magna
i arcani duplicati, et nitro camphorato in conuul-
nibus a lactis ad cerebrum metaſtaſi; in aliis de-
ue conuulſionibus, quae ab ignoto neruorum ſti-
lo pendent. In conuulſionibus vero a nimia p. 288.
uorum irritabilitate, feminam quatuor in parti
male habentibus, nec niſi abſoluto partu ceſſan-

tibus, quinto imminente partu aquarum profluvia accelerauit, opiumque feliciter propinauit; nec
p. 289. his, nec in iis hyſtericarum, nec in iis a lotii diu retentione, vel rupto vtero ipecacuanham ali
p. 290. efficere putat Cel. Auctor. Cui tres, Steidelio
p. 296. debentur obſeruationum ad praeſtantiam ipecac hae in illis conuulſionibus, a D. STAHLYO etiam pertam, confirmandam adiectarum.

p. 297. 13. D. HENR. STREITT *de vſu et effectu* ſim
p. 298. *ti alicuius in tumoribus ſcrophuloideis.* Remedi iſtud VALLISNERIO a CHERLIO commendatum FRANC. RONCALI *) deſcriptum, obliuioni tenus datum, omnibus aliis praeſtare in tumori illis glandularum ſucceſſiue modo tardius, modo
p. 299. tius enatis, globoſis, varie magnis et duris, indo tibus, plerumque mobilibus et cuti concolori a ſucci glandularum congeſtione et inſpiſſatione parenchymatis obſtructione obortis, non ſtricte tur illo plerorumque medicorum, inprimis An rum, ſenſu intelligendis, magis ad communes, proprias ſcrophulas pertinentibus, non haereditariis et congenitis, ſed accidentalibus, a ſtrumis et
p. 300. rhis probe diſtinguendis, Gallicienſibus Carniolicis
301. ob ſpiritus vini abuſum, iisdem et Styriis tire
p. 303. militibus ob noſtalgiam ſolemnioribus, in collo
p. 304. gido humidoue vento cito ſaepe orientibus, vero ſolum forte parenchyma occupantibus, bus ſaepe ob collaria rigida valde adſtricta fam
p. 306. bus. Remedium hoc, a RONCALI quoad ingre tium proportionem non accurate deſcriptum, poni ex ſex vnciis dimidiaque fellis bouini, ſe drachmis olei nucum, decemque ſalis comm hyeme calori fornacis per triginta et ſex horas te ſoli per tres dies expoſitis, tum in mortario
p. 307. commixtis, complecti ſimul reſoluentem, ſim

*) vid. Eius Hiſt. morbor. Brixiae 1741.

em, emollientemque virtutem; reſolutione impoſſi-
ili ſaltem adiuuare ſuppurationem; hac non perfi-
enda imminuere tamen tumorem; reſoluere deni- p. 308.
ue facillime tumores a perſpiratione frigore ſup-
reſſa cito obortos, fotui ſicco et diaphoreticis non
edentes; eſſe vero tumorum cauſas ſimul remo-
endas, aptam diaetam, et interna medicamenta, in-
imis in glandularum meſaraicarum obſtructione p. 309.
ilulas ex gummi ammoniaco, ſapone Veneto, et
nei extracto non negligendas, ſaepe etiam, ſi duri- p. 323.
es inſignis, ſimplicia emollientia externa praemit-
enda; neceſſariam etiam lenem frictionem; ſuffi-
ere inunctionem bis de die inſtitutam; pluries
nim tentata ob rubedinem ortam vſum linimenti
epe per aliquot dies intermittendum fuiſſe. Anne-
rum obſeruationum priores quatuor plenariam p. 311.
riorum tumorum reſolutionem, ſexta tumoris in- p. 317.
gnis colli curationem ſuppuratione perfectam, p. 315.
inta, ſeptima, et octaua ſolam tumorum imminu- p. 319.
onem, nona et decima mollioris fungi articuli genu
ſolutionem linimento praeſtitam teſtantur.

14. D. IO. ALEX. DE BRAMBILLA *obſeruatio* p. 324.
eculiaris cuiusdam ſpeciei elephantiaſis. In puellae p. 326.
uos annos nouemque menſes natae, per totum cor-
us, capite excepto, nigerrimae, cute tactu dura et
pera armatis oculis apparuerunt mera puncta ni-
ra, ſpiſſe locata, oblonga, ſetas craſſas propius reſe-
as referentia, granorum milii inſtar eleuata, in ma-
uum volis plantisque pedum duas lineas alta, in
eripheria craſſiora, verrucas inferentia liuidas co-
oſas, digitos verſus tamen pauciores; aegra mani-
us pedibusue vti annitente ortae ſunt in cute rha-
ades decem vel duodecim lineas longae, dolorifi-
ae, ſanguinem fundentes, quare aegra dorſis ma-
uum corpora prehendit; faciei color fuit naturalis,
utumque circum oculos profundos fuſcus, frons

p. 327. rugis exarata, totum corpus tumidulum. Parentes praeter patrem, ſcrophulis ante matrimonium laborantem, ſani primum non niſi ſubflauum, ſerta ſequentia poſt inſigniter fuſcum, anno elapſo tandem atrum colorem in filia obſeruarunt, balnea ex herbis roborantibus, et acre quoddam medicamentum ſquamarum nigrarum delapſum, colorisque atri aliquam remiſſionem tantum efficiens, fruſtra adhibe-

p. 328. runt. Suadente Auctore vnguenti althaeae duarum partium cum vna mercurialis mixtarum portio magnitudinem aequans quotidie mane et veſperi primum manuum volis, pedumque plantis tum ad ſuram vſque, denique et brachiis inuncta adhibitis balneis ex herbae maluae decocto ſimul adhibitis doſique vnguenti ſenſim aucta; interne vero lenibus purgantibus, decocto radicis bardanae et liquiritiae perque decem tantum dies duodecim granis aethiopis mineralis vigintique quatuor florum ſulphuris propinatis. Quibus per quatuordecim ſeptimanas

p. 333. peractis aegra naturali colore praedita ad Caeſaream adducta eſt; poſtea adhuc vnguento ex ſex drachmis butyri cacao, totque recentis ordinarii, et decem granis praecipitati rubri compoſito, lotionibus

p. 334. balneis, negligenter tamen, vtens. Pater enim miracri cupidus, quo filiam tanquam monſtrum per exteras regiones circumducere queat, reditum moliſperauit, ideoque et xenodochium a Caeſare oblatum recuſauit. Puella autem, ſolis volis manuum plantis pedum, aliisque quibusdam corporis locis fuſcis et aſperioribus, a morbo libera manſit. Ea

p. 334. aegram tab. VIII. ſanam IX. repraeſentat. Negat Auctor formationem foetus vi imaginationis deri pandam, inprimis ſi omnes eius partes iam integ ſuolutae.

p. 337. Tab. X. et XI. 15. D. ANT. SCARPA *de nervo ſpinali, ad oſſ vum cerebri acceſſorio.* Traditis auctorum de hoc nerv ſenten

ſententiis, Auct. miratur, quod dexterrimi anatomici
WILLISIO repugnauerint, iteratisque ſuis obſerua- p. 341.
tionibus docet, neruum hunc oriri tenuiſſimo fila- p. 342.
mento, per piam matrem translucente, frequentiſſime Fig.I. 1.
ſupra radicem poſticam ſexti paris ceruicalium, ar-
mato oculo in nonnullis prope ſeptimum, nudo ſem-
per prope quintum conſpicuo; in vno latere ſaepe
longiori, tum vero illo oppoſiti lateris ſemper craſ-
ſiori; aſcendere pene recta inter ligamentum denti- p. 344.
culatum et radices poſteriores ceruicalium, in ſingu-
lisque harum interuallis nerueo filamento a ſpinali
medulla recepto, prope primum ceruicalium in in-
ſignem craſſeſcere truncum; primi ceruicalium pa- Fig.I. 2.
ris anteriori faſciculo vnum alterumque filamentum, e.
munere radicis poſticae huius paris fungens, mutua-
ri; non tamen perpetuo, haud raro enim ſine hac p. 345.
anaſtomoſi cranium ingredi; interdum etiam ex faſ-
ciculo ſtaminum neruorum ſpinalis medullae in eo
interuallo erumpentium filamentum vnum vel alte-
rum neruum acceſſorium ſuperſcandens radici ante-
riori primi ceruicalium ſocium ſe addere, reliquis
faſciculi ſtaminibus acceſſorio inſertis; in copioſis
cadaueribus bis tantum viſam eſſe communionem
acceſſorii cum radice poſtica ſecundi ceruicalium,
a MONROO iuniore pro perpetua habitam. Neruum p. 346.
porro acceſſorium cranium ingreſſum extrorſum in-
clinari, ſenſim a medulla oblongata recedere; ex
eius latere quatuor fibrillas conſtanter primum fiſ- Fig.I. 3.
ſas, ſaepeque ſingulis tribus quatuorue diſſectis te-
nuibus ſtaminibus de medulla erumpentes, quod
raro in filamentis a medulla ſpinali ortis, quae et
breuiora, fiat, colligere; cum nono cerebri nullam
in cranio communionem habere; per aliud fora- p. 347.
men, quod raro, quam vagum, e cranio egreſſum ſta-
tim iterum vno eodemque inuolucro cum vago con-
iungi; huius externo lateri arcte inhaerens ante,

quam de foramine lacero cum vago prodeat, in duos
p. 348. findi ramos. Quorum internum, vago arcte copu-
Fig. I. 5. latum, duo emittere filamenta, alterum ſuperius, tra-
III. a. rum inferius, oblique antrorſum procedendo ſub
Fig. I. 7. vagi anterioribus immediate incumbentia, et cum
III. b. ſat craſſo et conſpicuo vagi filamento vnum faſci-
Fig. I. 8. lum conſtituentia; ex quo oriatur pharyngeus, ad
III. c. interiori vagi latere ad pharyngem procedens. In
Fig. IV. vno tamen cadauere ab vno tantum interni illius
b – e. rami filamento cum illo vagi; in duobus a ramo in-
Fig. V. filamenta non diuiſo cum duobus vagi filamentis
VII. a. c. in aliis duobus pari modo, plexu tamen antea facto
Fig. VI. ſemper tamen a vago et acceſſorio interno fila-
a. b. pharyngeum hunc fuiſſe formatum. Quo miſſo ra-
p. 349. mum internum per poſticum vagi latus, eius tela
Fig. I. 9. celluloſae ante inhaerentem, deſcendere, dein
aliis duobus filamentis a vago receptis craſſeſcere,
Fig. I. II. breui ad inferiora peracto itinere et paulo infra la-
F. I. 10. ryngei originem in plura ſtamina nerueis vagi fun-
culis intime admixta diſcedere, in ipſo vagi trunco
p. 350. inde craſſiori, deſinere, oblongumque ganglion for-
mare, de quo tuto determinari queat, vnumquod-
que vagi funiculum infra ganglion ex propriis fila-
et acceſſorii filamentis aequali proportione coalitum
eſſe. Quae ita in cadaueribus variaſſe, vt in prae-
F. II. c d. cadauere faſciculus ille ex ramo interno et vagi fila-
Fig. III. mentis formatus in duos, pharyngeum, et alterum
VII. ganglion efficientem; in ſecundo et ſexto praeter
pharyngeum in duos leuiter flexos ganglion formā-
F. V. c-e. tes; in quarto et quinto praeter pharyngeum in
VI. b. c. duos ganglion facientes, alterum breuiorem mox re-
moſum, alterum longiorem in imam ganglii partem
